ficator uenit ad lineam uel circulum anguli, siue habeat latitudi nem, uel non deinde subtrahe ascensiões anterioris loci de ascen sionibus loci sequentis, siue angulus præcedat, & significator dirigendus sequatur siue econtrario, & residuũ serua, quia est quã titas longitudinis significatoris ab angulo, quam si diuiseris per partes horarum gradus cum quo oritur significator dirigendus siue habeat latitudinẽ, siue nõ, si fuerit in medietate orientali uel gradus cum quo occidit si fuerit in medietate occidẽtali, horarũ dico diurnarum, si significator dirigendus fuerit super terram nocturnarum uero si fuerit sub terra, habebis horas longitudinis significatoris ab angulo medij cœli uel mediæ noctis. Cum autem uolueris longitudines significatoris ab angulo orientis, scias ascensiones anguli orientis in circulo regionis, & ascensio nes gradus cum quo oritur significator in eodẽ circulo, siue oria tur cum gra. suo, siue cum alio, & siue fuerit infra terram siue su pra. Deinde cõputa gra. qui fuerint inter hæc duo loca, et serua eos, quia erunt quantitas longitudinis significatoris ab angulo oriẽtis, quã si diuiseris p partes horarũ circuli, ut dictũ est supra, habebis horas lõgitudinis significatoris ab angulo oriẽtis, quas serua. Cum uero uolueris longitudinem significatoris ab angulo occidentis, scias ascensiones gra. ascendentis in circulo regionis, scias etiam ascensiones nadir gra. cum quo occidit significator in eodem circulo, siue occidat cum gra. suo, siue cum alio & siue sit supra terram, siue infra, & computa gra. qui fuerint inter hæc duo loca, & serua eos, quia erunt quantitas lõgitudinis significatoris ab angulo quam si diuiseris, ut dictum est, habebis horas longitudinis significatoris ab angulo occidentis q̃s serua. Sciendum est autem quòd quamuis Ptolemæus & alij sapientes qui docuerunt modos dirigendi, docuerunt solum operari per ascensiones gradus significatoris, & etiã per ascensiones gradus, cum quo uterq; uel alter eorũ mediat cœlum, aut cũ quo oritur uel occidit. Dederunt tamẽ nobis hoc intelligere maxime cum dicant: Si significator fuerit in angulo circuli, non enim dicitur planeta uel stella esse in angulo, nisi tangat lineam

uel circulum anguli,siue eius gradus sit in eo siue non. Scien dum est etiam quòd quamuis dederim modum inueniendi longitudinem & horas longitudinis significatoris ab angulo,tam ab angulo orientis & occidentis,quàm ab angulo medij cœli & mediæ noctis. Et hoc fecerunt,quia ascensiões non diuersificantur in circulo meridiéi & mediæ noctis, cum sint eedem & æquales in omni regiõe & clima te, Et hoc ideo accidit,quia circulus meridianus transit per polos mundi, & per polum horizontis, seu per cenith capitis nostri in omni regione & climate, sed ascẽsiones circuli regionis uariantur tam in oriente quàm occidente, in regionibus & climatibus secundum diuersitatem latitudinũ eorum. Et propter hoc solum docuerunt operari per longitudines significatoris aut ab angulo medij cœli, aut ab angulo mediæ noctis, & non per longitudinem ipsius ab angulis orientis & occidentis. Hoc generaliter supposito descendamus ad declarationem modorum dirigendi positorum ab antiquis,& incipiamus à modis Ptolemæi qui sunt duo, pro quorum primo sciendum est,quòd aut significator quem uolueris dirigere, est citra angulũ medij cœli uel mediæ noctis,aut est ultra. Item aut tu uis directionem directã aut conuersam. Primus igitur modus dirigendi positus à Ptolemæo est iste. Scias horas lõgitudinis significatoris dirigendi ab angulo per modum superius positum,scias etiam longitudinem quæ est inter angulum & gradũ cum quo planeta uel stella ad quem uis dirigere, mediat cœlum in ascensionibus circuli directi,scias etiam partes horarum gradus cum quo oritur ipse planeta uel stella ad quem uolueris dirigere,si significator dirigẽdus fuerit in parte orientali uel partes horarum gra. cum quo occidit,si ipse significator dirigendus fuerit in parte seu medietate occidẽtali,oportet etiã ut sit operatio tua per partes horarum diurnarum, si significator dirigendus fuerit sub terra. Postea uero multiplica partes prædictas horarum per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo,deinde si significator dirigendus & planeta uel stella ad quẽ uolueris dirigere,ambo fuerint citra angulum, & cum hoc uo-

fueris directionem directam, aut ambo fuerint ultra angulum, & cum hoc uolueris directionem conuersam, quid tibi prouenerit ex multiplicatione prædicta, subtrahe à longitudine, quæ est inter angulum & gradum, cum quo planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, mediat cœlum uel abyssum. Si uero ambo fuerint citra angulum, & cum hoc uolueris directionem conuersam, aut ambo fuerint ultra angulum, & cum uolueris directionem conuersam, aut ambo fuerint ultra angulum, et cũ hoc uolueris directionẽ directã, ex multiplicatiõe prædicta subtrahe ascensiones circuli directi, quæ fuerint inter angulum & gradum cum quo planeta uel stella ad quẽ uolueris dirigere, mediat cœlum uel abyssum. Si uero significator dirigendus fuerit ultra angulum, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit citra angulũ, & cum hoc uolueris directionẽ directam, uel econtrario, si significator dirigendus fuerit citra angulum, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit ultra angulum. Et cum hoc uolueris directionem couersam super illud quod prouenit ex multiplicatione prædicta, adde ascensiones circuli directi quæ fuerint inter angulum & gradum, cũ quo planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, mediat cœlum uel abyssum. Et quocunq; modo operatus fueris, quid tibi ex additione prouenerit, uel ex subtractione remanserit, serua, quia est quantitas directionis quæsitæ. Poteris etiam operari si uolueris cum significator dirigendus fuerit in medietate orientali per ascensiones circuli regionis, & per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo orientis, & per longitudinem gradus, cum quo oritur planeta uel stella ad quem uolueris dirigere ab eodem angulo. Et similiter si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali poteris operari per ascensiones circuli regionis, & per horas longitudinis nadir gradus cum quo occidit significator dirigendus, ab angulo orientis, & per longitudinem nadir gradus cum quo occidit planeta uel stella ad quem uolueris dirigere ab eodem angulo. Secundus uero modus dirigendi positus à Ptolemæo est iste: Scias horas lõgitudinis significatoris

dirigendi uel gradus cum quo ipse significator mediat cœlum uel abyssum, ab angulo medij cœli si fuerit super terram, uel ab angulo mediæ noctis, si fuerit sub terra per modum superius dictum, post hoc scias gradus ascensionum, qui sunt inter gradũ significatoris dirigendi, uel gradũ cum quo ipse significator mediat cœlum uel abyssum, & gradum planetæ uel stellæ ad quẽ uolueris dirigere, uel gradũ cum quo ipse planeta uel stella mediat cœlum uel abyssum in circulo directo, seu prima directio. Scias etiam gradus ascensionum, qui sunt inter gradum significatoris dirigendi, uel gradum cum quo oritur significator dirigendus, si fuerit in medietate orientali, & gradum planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, uel gradum cum quo ipse planeta uel stella oritur in circulo regionis. Sed si significator dirigendus fuerit in medietate occidẽtali, operare per nadir gradus significatoris dirigendi uel per nadir gra. cũ quo ipse significator occidit, & per nadir gradus planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, uel per nadir gradus cum quo occidit ipse planeta uel stella & gradus ascensionum circuli regionis, seu secunda directio. Post hæc scias differẽtiam quæ fuerit inter has duas directiões, cuius differentiæ accipe sextam partem, et ipsam multiplica per horas lõgitudinis significatoris dirigendi ab angulo, aut totam differẽtiam multiplica per horas longitudinis significatoris ab angulo, & dictarum operationum adde super directionem primam, quæ fuit directio circuli regionis, uel ab ea minue si fuerit maior. & quòd inde prouenerit serua, quia est quantitas directionis quæsitæ. Poteris etiam operari si uolueris per longitudinem significatoris dirigendi ab angulo orientis, aut ab angulo occidentis, nec differt hæc operatio ab operatione præcedenti, nisi quia directio circuli regionis erit directio prima, & directio circuli directi erit secunda directio. Et si significator dirigendus fuerit in medietate oriẽtali, operari debes per gradum significatoris dirigendi, et per gradum planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, aut per gradum cum quo uterq; ipsorum oritur. Sed si significator dirigendus fuerit in medie

medietate occidētali, operari debes per nadir gradus significatoris dirigendi, & per nadir gradus planetæ uel stellæ ad quē uolueris dirigere, aut per nadir gradus cum quo uterq; ipsorum occidit. Eundem modum dirigēdi ponit Alkabitius quarta differentia sui introductorij, & addit, quòd si significator dirigendus fuerit in una quarta, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit in alia quarta. Primo debes dirigere significatorem dirigēdū ad angulum, qui est inter ipsum significatorem & planetam uel stellam ad quem uolueris dirigere: Deinde debes dirigere ab ipso angulo ad ipsum planetam uel stellam ad quē uolueris dirigere per ascensiones circuli ipsius anguli. Post hoc prædictas duas directiones simul iunge & habebis directionem quæsitam. Dirigere autem significatorem ad angulum nihil aliud est, quàm inuenire gradus ascensionum, qui erunt inter planetam uel stellam ad quem uolueris dirigere, & ipsum angulum quando ipse planeta uel stella uenerit ad locum significatoris dirigendi. Cum igitur uolueris dirigere significatorem ad angulum, multiplica horas longitudinis significatoris ab angulo per partes horarū gradus planetæ uel stellæ ad quē uolueris dirigere horarum dico diurnarum, si significator dirigendus fuerit super terram. Nocturnarū uero si fuerit sub terra uel si planeta uel stella ipsa habuerit latitudinē, & fuerit ipse significator dirigendus in medietate orientali, operare per gradum cum quo oritur ipse planeta uel stella ad quem dirigis, sed si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare per gradum cum quo occidit ipse planeta uel stella. Vel aliter. Scias ascensiones gradus planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere uel gradus cū quo uenitad angulum in circulo regionis, et similiter in circulo directo faciendo principium ab Ariete, & scias differentiam quæ fuerit inter prædictas ascensiones, cuius differentiæ accipe sextam partem, & ipsam multiplica per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo. Et quod inde prouenerit, adde super gradus ascēsionum, qui sunt inter significatorem dirigendū, & angulum

in ascen

in ascensionibus circuli anguli, si partes horarum gradus significatoris fuerint minores partibus horarum planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, uel ab eis minue, si partes horarum gradus ipsius significatoris fuerint maiores, et habebis directionẽ significatoris ad angulũ, primus modus est facilior. Ex hoc apparet quòd illi errant qui dirigunt ad angulum per differentiam quæ est inter ascensiones gradus anguli in circulo directo & in circulo regionis, quia non ponunt in loco significatoris dirigendi planetam uel stellam ad quẽ uolunt dirigere, sed ipsum angulum. Scias tamen quòd siue dirigas primo ad angulum & postea ab angulo ad locum ad quem uolueris dirigere, siue dirigas per unicam operationem ab ipso significatore dirigendi ad locum ad quem uolueris dirigere per secundum modum dirigendi Ptolemæi superius positum, nihil refert, quia utroq; modo exibit eadem directio. Scias etiam quòd Alkabitius loco præallegato docet inuenire quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum. Dicit ergo cum sciueris significatorem, & uolueris scire quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum, si significator dirigendus fuerit in angulo ascendentis, aut oritur cum gradu ascendentis, adde numerũ annorum super ascensiones gradus ascendentis, & quòd inde prouenerit quære in circulo regiõis, quia in eius directione inuenies gradum circuli signorum quo perueniet directio in eodem anno. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo occidentis, uel occidit cum gradu occidentis, adde super ascẽsiones nadir gradus significatoris, hoc est, super ascensiones gradus ascendentis numerum annorum, & quòd inde prouenerit, quære in ascensionibus circuli regionis &c. facias pro ut sit cũ significator dirigendus ponitur esse in ascendẽte, quia ad nadir gradus circuli signorum quo exierit arcus, perueniet directio in eodem anno. Si uero significator dirigendus fuerit in angulo medij cœli, aut in angulo mediæ noctis, uel mediat cœlum cum gradu medij cœli, aut abyssum cum gradu anguli terræ, adde numerum annorũ super ascensiones gra. anguli medij cœli

uel an-

uel anguli terræ in circulo directo. Et quòd inde prouenerit quære in ascensiōibus circuli directi, quia quo peruenerit de circulo signorum, ibidem perueniet directio in eodem anno. Sed si significator dirigendus fuerit extra angulos, scias horas longitudinis significatoris ab angulo medij cœli, uel mediæ noctis, sicut dictum est superius. Deinde si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, adde super ascensiones gra. significatoris, uel gra. cum quo significator mediat cœlum numerum annorum quos uolueris. Et quòd inde prouenerit quære in ascensionibus circuli directi. Et uide quo extenditur de circulo signorum, quia illic perueniet directio circuli directi quã serua. Addes etiam eundem numerum annorũ super ascensiones gra. significatoris uel gra. cum quo oritur significator. Et quòd inde prouenerit quære in ascensionibus circuli regionis, & uide quo extenditur de circulo signorum, quia perueniet directio circuli regionis quam similiter serua. Post hoc uideas differentiam quæ fuerit inter prædicta duo loca directionum, cuius differentiæ accipe sextam partem, & ipsam multiplica per horas longitudinis significatoris ab angulo, & quod inde prouenerit, adde super locum directionis primæ, uidelicet, super locum directionis circuli directi si minus extenditur quàm locus directionis secundæ, uidelicet quàm locus directionis circuli regionis, uel inde minue, si magis extenditur, & quòd resultauerit uel remanserit serua, quia illuc perueniet directio ex circulo signorũ in eodem anno. Sed si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, operare cum nadir gradus significatoris, aut cũ nadir gradus cum quo occidit significator, sicut fecisti cum gradu significatoris, uel cum gradu cum quo oritur significator in opere præcedenti, & quod ex operatione huiusmodi resultauerit uel remanserit, nota, quia ad eius nadir perueniet directio ex circulo signorum in eodem anno. Poteris etiam si uolueris operari per horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo orientis, & etiam ab angulo occidentis. Sed certe hic modus inueniendi quo de circulo signorum perueniat directio in aliquo an

norum non uidetur mihi præcisus, et hoc quia quamuis in qua libet hora temporali quiuis gradus semper æqualiter reuoluatur de circulo æquinoctiali, non tamen æqualiter reuoluitur de circulo signorum, quod potest per exemplum demonstrari. Sit enim exempli gratia ascendens principium Tauri, cuius ascensiones in circulo regionis sunt gra. 16. & minut. 7. tunc in medio cœli est signum capricorni gra. 15. & minut. 50. cuius ascensiones in circulo directo sunt gra. 16. & minut. 7. sitq; significator dirigendus in fine eiusdem signi capricorni, est ergo longitudo significatoris ab angulo medij cœli gra. 16. & minut. 6. quibus diuisis per partes horarum diurnarum gradus significatoris exibunt hora una, & minuta 25. quæ hora & minuta sunt horæ longitudinis significatoris ab angulo prædicto. Cum autem super ascensiones gra. significatoris in circulo directo, quæ sunt gra. 32. & minut. 13. addiderimus numerum annorũ 20. resultabunt gra. 52. minut. 13. in directo quorum in circulo directo, sunt gra. 19. & minut. 47. signi Aquarij. Cum uero super ascensiones gradus eiusdem significatoris in circulo regionis, quæ sunt gra. 323. & minut. 52. addiderimus numerum prædictorum annorum 20. prouenient gra. 343. minut. 52. in directo quorum in circulo regionis, sunt gra. 29. & minut. 58. signi Aquarij. Et sic differentia duorum locorum prædictorũ directionum est, gra. 10. & minut. 11. cuius differentiæ sexta pars est gra. 1. & min. 42. ferè, quæ multiplicata per prædictas horas longitudinis significatoris ab angulo, reddunt duos gra. & minut. 24. qui additi super locum directionis circuli directi, cum minus extendatur quàm locus directionis circuli regionis reddunt gra. 22. & minut. 11. signi Aquarij. Sed nunc econtrario uideamus q̃t gra. directionis sunt inter significatorem prædictũ & gra. 22. minut. 11. signi Aquarij. Certũ est eñ diligẽter operanti, quòd ascensiones quæ sunt inter locum significatoris dirigendi, & locum ad quem uolumus dirigere sunt gra. 22. & minut. 22 in circulo directo. Et quòd inter prædicta duo loca in circulo regionis sunt gra. 15. minut. 21. Et sic differẽtia harum

harum duarum directionum est gra.7. minut.1. cuius differentiæ sexta pars est gra.1. & minut.10. ferè, quæ multiplicata per horas longitudinis significatoris ab angulo reddunt gra.1. & minut.39. qui gra. & minut. subtrahi debēt à directiōe circuli regionis, qua subtractione facta remanent gra.20. et minut.43. qui sunt quantitas directionis inter prædicta loca. Et sic manifeste apparet ex prædicto exemplo, quod operatio prædicta, quam docet Alkabitius non est præcisa, quia ubi non debuerūt cadere inter prædicta loca, nisi gra.20. præcise reperiūtur gra.20. & minut.43. Sed si dixerimus significatorem prædictum ad gra.21. & minut.23. prædicti signi Aquarij secundum modum Ptolemei & Alkabitij, inueniemusquòd inter duo prædicta loca cadent de directione gra.20. precise, ergo à loco significatoris dirigēdi perueniet directio in fine 20. annorū pro positorum ad gra.21. & minut.23. signi Aquarij precise, et nō ad gra.22. & minut.11. eiusdem signi, quo tamen ueniebat secū dum operationem Alkabitij. Quidam uero alij alio modo dirigunt, non tamen multum differente à secundo modo Ptolemæi superius posito, Isti enim accipiunt longitudinem significatoris ab angulo per ascensiōes circuli illius anguli, à quo accipiunt longitudinem, absq; quòd eam reducāt ad horas sicut faciunt præmissi, postea accipiunt directiones duorum circulorum, uidelicet circuli directi & circuli regionis orientalis uel occidentalis, secūdū q significator dirigendus fuerit in medietate oriētali uel in medietate occidentali, sicut faciunt præmissi operantes p gradus significatoris dirigendi & p gradus planetæ et stellæ ad quem uolunt dirigere, aut per gra. cum quo uterq; uel alter eorum mediat cœlum uel abyssum, aut per gradum, cū quo uterq;, uel alter eorum oritur uel occidit secundum quod expedit. Deinde differentiam, quæ est inter prædictas duas directiones multiplicant per longitudinem significatoris dirigendi ab angulo, & quod inde producitur, diuidūt p medietatē arcus diurni gradus significatoris si ipse significator fuerit sup terrā, p medietatē uero arcus nocturni si fuerit sub terra, quod uero ex

prædicta diuisione exiuerit, addunt super directionem primam si fuerit minor directione secunda, uel ab ea minuūt si fuerit maior, & q̄d ex hac operatione prouenerit erit quantitas directionis quæsitæ. Primam autē directionem uoco illam quæ accepta est per ascensiones circuli illius anguli, in quo accepta fuerit longitudo significatoris dirigendi. Modus uero inuenien di radios & aspectus planetarum et stellarum per modum dirigendi, non differt à modo quo Alkabitius docet inuenire, quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum, unde sicut super ascensiones gradus significatoris dirigendi, uel super ascensiones gradus cum quo oritur ipse significator, uel super ascensiones nadir cum quo occidit, uel super ascensiones gra. cū quo mediat cœlum uel abyssum, addebas numerum annorum propositorum. Ita super ascensiones gradus planetæ uel stellæ, cuius radios & aspectus quæris, aut super ascensiōes gradus cū quo oritur, uel super ascensiones nadir gra. cum quo occidit, aut super ascensiones gradus, cum quo mediat cœlum uel abyssum addes arcus aspectuum sextilis quarti & trini, pro radijs & aspectibus sinistris, & ab illis subtrahes arcus eorum aspectuum pro radijs & aspectibus dextris. Et quod tibi proueniet quæres aut in ascensionibus circuli directi, aut in ascensionibus circuli regionis secundum quod docetur in modo illo, & quo de circulo signorum extendentur arcus prædictorum aspectuum, illic erūt radij & aspectus illius planetæ uel stellæ. Arcus uero aspectus oppositionis nō debet addere super ascensiones prædictas quia semper radius, & aspectus oppositiōis cadit directe in gra. & minut. diametraliter opposito loco ipsius planetæ uel stellæ. Sed tu iam sciuisti in exemplo, quòd hic modus inueniendi radios & aspectus nō est præcisus. Modus uero inueniendi & proijciendi radios & aspectus planetarum & stellarum secundum illos, qui extendunt radios & aspectus secundum æquationes domorum est iste. Si enim planeta uel stella cuius radios & aspectus quæris, fuerit in principio alicuius domus, manifestum est ex dictis superius capitulo secundo, quod radij & aspectus ipsius ex

ſius extendũtur ad principia domorum 3.4.5.7.9.10.& 11.à do mo in cuius principio fuerit ipſe planeta uel ſtella, ſed ſi ipſe planeta uel ſtella elõgatus fuerit à principio domus in qua fuerit ſcias per quõd gradus aſcenſionum circuli directi elongatus fuerit ab ipſo principio,& ipſos multiplica per gradus aſcenſionũ circuli directi,qui fuerint inter principium & finem illius domus, ad quam extenduntur radij planetæ uel ſtellæ.Et quod inde prouenerit diuide per gra.aſcenſionum circuli directi,qui fuerint inter principium & finem illius domus,in qua fuerit planeta uel ſtella,& ꝙ inde exiuerit,adde ſup aſcenſiones principij domus, ad quam extenduntur radij,& quod inde prouenerit extende in aſcenſionibus circuli directi.Et ſcias quod in eius directo fuerit de circulo ſignorũ,ꝙ illic extenduntur aſpectus & radij planetæ uel ſtellæ.Vel aliter gra.longitudinis ipſius planetæ uel ſtellæ, à principio domus in qua fuerit,diuide per partes horarum gra. ipſius planetæ uel ſtellæ duplicatas, diurnarum quidẽ ſi fuerit ſuper terram,nocturnarum uero ſi fuerit ſub terra, & proueniẽt tibi minutæ horæ longitudinis planetæ uel ſtellæ à principio domus,in qua fuerit,quæ minuta multiplica in aſcenſiones circuli directi quæ fuerint inter principium & finem cuiuſlibet domus ad quam proijcit & extendit radios ſuos,& quod ꝓuenerit adde ſuper aſcenſiones principij cuiuslibet earum, & q̃d inde prouenerit extende in aſcenſionibus circuli directi,& uerte in gradus æquales,& habebis quo de circulo ſignorum extendẽtur aſpectus & radij ipſius planetæ uel ſtellæ à qualibet domo quam aſpicit.Sed pro inueniendo quo de circulorum ſignorum extenduntur radij & aſpectus ſecundum modum Ioannis Hyſpalen.Nota quòd aſcenſiones circuli regionis omnium quartarum cuiuslibet figuræ ſunt æquales. Manifeſtum quidem eſt quòd aſcenſiones duarum quartarum occidentalium ſunt æquales aſcenſionibus duarum quartarum orientalium, propter illud quod dicebatur ſupra capitulo tertio,uidelicet, quòd quodlibet ſignũ & quilibet gradus deſcẽdit cum aſcenſionibus ſui oppoſiti. Patet etiam quòd aſcenſiones duarum quartarum orien:

talium sunt æquales ex hoc. Cum enim partes horarum diurnarum gra. medij cœli sint æquales partibus horarum nocturnarũ gra. anguli terræ, & uterq; eorum elongetur ab angulo ascendentis per sex horas temporales, manifestũ est quòd ascensiones circuli regionis, quæ sunt inter angulum medij cœli & angulũ ascẽdentis, sunt æquales ascensionibus circuli regionis, quæ sunt inter angulum terræ & angulum ascendentis, sed cum ascensiones regionis utriusq; duarum quartarum orientalium diuisæ fuerint in tres ptes æquales, & uisum fuerit q̃ de circulo signorũ peruenint p̃dictæ ptes, erit tota medietas oriẽtalis diuisa in sex ptes ad similitudinẽ sex domorũ. Et similit̃ itellige de tota medietate occidẽtali, cũ sit æq̃lis medietate orientali, & secũdũ hæc tota figura cœli, erit diuisa in 12. ptes, ad similitudinẽ 12. domorũ. Si ergo planeta uel stella cuius radios & aspectus quæris, fuerit in principio alicuius domorũ p̃dictorũ, uel sint, domorũ principia, ꝓspiciet principia aliarũ domorũ, quæ sibi iunguntur per aspectũ. Si uero fuerit elongatus à principio alicuius domus, ꝑ quot gra. circuli regionis fuerit elongatus à principio domus, totidem gra. circuli regionis prospiciet alterius domus sibi iunctæ per aspectum, quos reduc ad gra. æquales, & habebis quo de circulo signorũ extendentur radij ipsius planetæ uel stellæ. Sed si planeta uel stella cuius radios & aspectus quæris, fuerit in medietate occidentali & eius radij extenduntur ad medietatẽ orientalẽ, operari oportet per ascensiones nadir gra. planetæ uel stellæ, uel radiorum ipsius. Vel aliter & breuius scias ascensiones ipsius planetæ uel stellæ, cuius radios & aspectus quæris in circulo regionis, si fuerit in medietate oriẽtali, uel eius nadir si fuerit in meditate occidentali. Scias etiam partes horarum diurnarum grã. medij cœli uel nocturnarum gra. anguli terræ, quæ semper sunt æquales, quas multiplica per quatuor, pro aspectu sextili, & per sex pro aspectu quarto, & p 8. pro aspectu trino, & per 12. pro aspectu oppositionis. Et quod inde prouenerit, adde super ascensiones gra. ipsius planetæ uel stellæ, si fuerit in medietate orientali, uel super ascensiones ipsius nadir si fuerit in medietate occidentali

pro

pro aspectibus & radijs sinistris, & ab eis minue pro radijs & aspectibus dextris. Et inde agregatum uel residuum extende in ascensionibus circuli regionis, & reduc ad gradus æquales. Et habebis quo de circulo signorum peruenient & extendentur aspectus & radij ipsius planetæ uel stellæ. Vnde si planeta ipse uel stella fuerit in medietate orientali ipsius radij & aspectus cadēt in locis extensionum prædictarum. Sed si fuerit in medietate occidētali cadent in oppositione locorum extensionum prædictarum. Diligenter tamen aduerte si radij planetæ uel stellæ extenduntur ultra angulum medij cœli uel mediæ noctis in medietate occidentali, quia si extenduntur ultra angulum mediæ noctis, minuere debes ascensiones ipsius anguli de ascensionibus extensionis radiorum, & residuum adde super ascensiones gra. medij cœli, et quod prouenerit extendere debes in ascēsionibus circuli regionis, & reducere ad gra. æquales, quia in nadir eorū cadent radij & aspectus ipsius planetæ uel stellæ. Sed si radij planetæ uel stellæ extenduntur ultra angulum medij cœli, minuere debes ascensiones extensionis radiorum de ascensionibus anguli, et residuum minuere de ascēsiōibus anguli terræ, et quod ꝓuenerit extendere debes in ascensionibus circuli regionis & reducere ad gra. æquales, quia in nadir eorum cadent radij & aspectus ipsius planetæ uel stellæ. Sed si radij planetæ uel stellæ extendūtur ultra angulum medij cœli, minuere debes ascensiones extēsionis radiorum de ascensionibus anguli, & residuum minuetur, de ascensionibus anguli terræ. Et quod prouenerit, extendere debes in ascensionibus circuli regionis, & reducere ad gra. æquales, quia in nadir eorum cadent radij & aspectus ipsius planetæ uel stellæ. Quidam uero cupiens prolixitati horum modorum dirigēdi prouidere, quoddam instrumentum composuit aptum & utile satis ad dirigendum, proijciens speram in plana superficie, sicut docetur in Astrolabio, super cuius centro seu polo, linea medij cœli & lineam mediæ noctis, cum circulo horyzontis, seu cum brachijs circuli horyzontis, quem circulum, uel quæ brachia ꝑdicta linea diuidit per mediū transiens

per

per centrum mundi,& etiam per centrum dicti circuli horyzontis,quæ linea circumferri potest super dicto cētro seu polo cum prædicto circulo horyzontis, seu cum brachijs prædicti circuli Sed certe operatio per istud instrumentum non potest esse præcisa,nisi instrumentum esset adeo magnum, quòd in ipso possent inscribi gra. sicut describuntur in tabulis. Potest tamen aliud instrumentum directionis & aspectuū imaginari,quod erit ual de facilioris operationis,licet non præcisioris illo. Imaginemur ergo sphæram solidam in cuius superficie sint scripti duo circuli maiores,scilicet,circulus æquinoctialis & circulus signorum cū suis diuisiōibus, sintq; si placet in superficie eiusdem sphæræ descriptæ stellæ fixæ, & maxime illæ q̄ sunt primæ & secūdæ magnitudinis. Imaginemur etiam duos alios circulos maiores extra sphæram prædictam, sub quibus possit rotari sphæra habiliter super polis proprijs,qui sunt fixi in ipsa sphæra in duobus locis diametraliter oppositis, ita quòd ab utroq; ipsorum distet æqualiter prædictus circulus æquinoctialis, quorum circulorū exteriorum, alter sit circulus horyzontis, super quem eleuet polus Septentrionalis,illi uidelicet,qui est in parte declinationis signi Cancri à prædicto æquinoctiali circulo secundum quantitatem latitudinis regiōis,in qua fueris. Alter uero circulus exterior sit circulus meridianus,qui interfecans dictum circulum horyzontis in parte septentrionis & meridiei, ad angulos rectos sphærales & orthogonaliter erectos supra dictum circulū horyzontis transeat per polos mundi,& per cenith capitis nostri, qui est polus circuli horyzontis. In duobus uero punctis huius circuli meridiani,qui contingunt polus mundi,sint duo foramina,per quæ possunt intrare poli mundi,& in eis circumuolui cum tota sphæra, fixis & immobilibus permanentibus prædictis duobus circulis exterioribus. Imaginemur esse ali[illegible] circulum maiorem, qui possit circumuolui super duos polos, qui sunt in duobus punctis oppositis,in quibus dictū duo circuli, scilicet horyzon & meridianus se intersecant, qui circulus uocetur circulus exterior mobilis, seu circulus horarum. Cum igitur

igitur per hoc instrumentũ uolueris dirigere, cognosce partes mundi in ipso instrumento, uidelicet partem orientalẽ, & partẽ occidentalem, partem septentrionalẽ et partem meridionalem, & dispone cœlum ad quodcunq; instans uolueris, ut puta ad instans cuiuslis natiuitatis uel alterius principij. Ita ꝙ gra. ascendens sit sub circulo horyzontis, in parte orientis, & gra. occidẽtis, sit sub eodem circulo in parte occidentis, & gra. medij cœli, sit sub circulo meridiano super terram, & gra. anguli terræ sit sub eodem circulo sub terra. Postea uide si significator quẽ uolueris dirigere fuerit in aliquo angulorũ, hoc est in aliquo prædictorum quatuor locorum, quod si sic fuerit pone notam in æquinoctiali circulo sub circulo illius anguli, deinde circumuolue sphæram secundum successionem signorum, si uolueris directionem directam, uel contra successionem signorum, si uolueris directionem conuersam, donec planeta uel stella ad quẽ uolueris dirigere, uenerit ad circulum eiusdem anguli, & tunc pone aliam notam in æquinoctiali circulo sub circulo eiusdem anguli, & computa gra. æquinoctialis, qui intercipiuntur inter dictas duas notas, & serua eos, quia erunt quãtitas directionis quam quærebas. Si uero significator dirigendus non fuerit in aliquo prædictorum quatuor angulorum, dispone sphærã ad quoduis instans, ut dictum est in opere præcedenti, deinde prædictum circulum exteriorem mobilem, seu circulum horarum, pone super locum significatoris dirigendi, siue habeat latitudinem, siue nõ. Et pone notam in æquinoctiali circulo, sub eodem circulo horarum, quo immobili permanente, nec amplia-tis, nec angustatis angulis, quos constituit cum prædictis duobus circulis horyzontis & meridiei, circumuolue spæram secundum, uel contra successus signorum, pro ut directionem directã uel conuersam uolueris, donec planeta uel stella, ad quem uolueris dirigere uenerit ad prædictum circulum horarum. Et tunc in æquinoctiali circulo pone aliam notam, & computa gradus in æquinoctiali circulo qui intercipiuntur inter prædictas duas notas, & serua eos, quia erunt quantitas directionis

q quam

quam quærebas. Si uero per idem instrumentum uolueris scire quo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum aut ubi cadent radij & aspectus planetarum secundũ opinionem illorum, qui radios proijciunt & extendunt per modum dirigẽdi. Vide si significator cuius directionem quæris, aut planeta uel stella, cuius radios & aspectus quæris, fuerit sub aliquo circulo angulorũ, ꝙ si sic, posita nota in æquinoctiali circulo sub circulo illius anguli in quo fuerit ipse significator dirigẽdus, uel planeta uel stella, cuius radios quæris. Deinde ab ipsa nota computa in circulo æquinoctiali gra. secũdum numerum annorum quos uolueris, secundum successus signorũ pro directiõe directa, contra uero successionẽ signorum pro directione conuersa. Similiter computa ab ipsa nota in eodem circulo æquinoctiali pro radijs & aspectibus sinistris secũdum successus signorum 60. gra. pro aspectu sextili, 90. gra. pro aspectu quarto, 120. gr. pro aspectu trino, pro aspectibus uero & radijs dextris, computa contra successus signorum. Et in quolibet prædictorum locorum pone in eodẽ æquinoctiali circulo aliam notam, deinde uolue sphæram secundum successionẽ signorum pro directione directa & aspectibus & radijs sinistris, contra uero successionem signorum, pro directione conuersa, & pro aspectibus & radijs dextris, donec ipsa nota uel ipsæ notæ directionis uel aspectuum ueniunt ad circulũ ipsius anguli, & nota gra. uel gra. circuli signorum, qui tunc uenerit uel ueniunt ad prædictũ circulum anguli, quia illic perueniet directio in eodem anno, si operatus fueris ad directionem, uel illic extendentur radij & aspectus planetæ uel stellæ &c. Si operatus fueris ad radios & aspectus, & per circulum anguli transibũt gra. de æquinoctiali circulo secundũ numerũ annorum, ad quorum terminũ quæris locum directionis, & secundũ numerum graduũ, cuiuslibet arcus prædictorum aspectuũ. Si uero significator dirigendus uel planeta uel stella, cuius radios & aspectus quæris, fuerit extra angulos, dispone sphæram adinstans sicut dictum est supra, & circulum mobilẽ exteriorem, qui etiam dicitur circulus horarũ, pone supra

ſupra gra. ſignificatoris dirigendi, ſi quæris directionẽ, uel ſup gra.planetæ uel ſtellæ, cuius radios & aſpectus quæris,& pone notam in æquinoctiali circulo ſub eodem circulo horarum. De inde pone in eodẽ circulo æquinoctiali alias notas directionis uel aſpectus ſicut dictũ eſt ſupra. Deinde prædicto circulo horarum immobili permanente uolue ſphæram, quo facias, prout dictum eſt in opere præcedenti,& habebis quo de circulo ſigno rum puenerit directio in anno propoſito. Et quo extendentur a ſpectus & radij circuli. Et hoc ſecundũ illos q inueſtigant & pro ijciunt aſpectus & radios planetarum & ſtellarũ per modũ dirigendi. Sed ſecundum ueritatem & modũ, qui inferius declarabitur, cum uolueris aſpectus & radios alicuius planetæ uel ſtellæ, per iſtud inſtrumentum, diſpone ſphæram ad quodcunq; in ſtans uolueris, ut dictum eſt ſupra. Deinde diſpone prædictum circulũ horarum ſuper gra. planetæ uel ſtellæ, cuius radi os & aſpectus quæris, ſiue habeat latitudinẽ ſiue nõ. Et pone no tã ſub eodẽ circulo in æquinoctiali circulo, ſphæra immobili pmanẽte, uolue prædictũ circulũ horarũ ſecũdũ ſucceſſus ſignorum, pro radijs & a ſpectibus ſiniſtris, contra uero ſucceſſus ſignorum pro radijs & aſpectibus dextris, donec inter prædictã notam & circulum prædictum, intercipiatur de gradibus æqui noctialis circuli, quãtum eſt arcus cuiuslibet aſpectus, cuius lo cum extenſionis quæris, uidelicet aſpectus ſextilis aut quarti, aut trini aut oppoſitionis. Et nota gradũ circuli ſignorum quẽ tangit prædictus circulus horarum, cũ fuerit in terminis prædi ctorum aſpectuũ, quia ad prædictũ gra. circuli ſignorũ extenden tur radij planetæ, quos quærebas. Eſt tamen notandũ ꝙ ſiue pla neta dirigendus, aut planeta uel ſtella, cuius radios & aſpectus quæris, habet latitudinem ſiue non, nihil refert, quia quando cir culus anguli, uel circulus prædictus horarũ, tangit ſignificatorẽ uel planetã uel ſtellam oſtendit cum quo gra. oritur uel occidit, aut cum quo gra. mediat cœlum uel abyſſum, et etiã cum quo gra. uenit ad quemlibet locum figuræ, et etiã oſtendũt aſcẽſiones gr. utriuſq; eorũ in quocũq; loco figuræ fuerit. Vides quam

facilima, & breuis sit operatio dirigendi & proijciendi radios & aspectus per hoc instrumentũ. Non enim expedit computare lõgitudinem significatoris dirigendi, aut planetæ uel stellæ, cuius radios quæris ab angulo, nec inuestigare quanta sit directio circuli directi, & circuli regionis, nec notare differentiam inter eas, nec illam multiplicare per longitudinem prædictam significatoris ab angulo, nec quod inde prouenerit diuidere per medietatẽ arcus diurni uel nocturni significatoris dirigendi. quod tamẽ totũ expedit nobis facere, si uoluerimus dirigere per aliud instrumentum, de quo dictũ est supra. Item nota si planeta habuerit latitudinẽ, & non fuerit in ecliptica, & scieris signum, & gra. eius, & quantitatẽ, & partẽ latitudinis, poteris scire per istud instrumentũ locum ipsius planetæ in sphæra. Et similiter cuiuslibet stellæ non descriptæ in ipsa sphæra, hoc modo uidelicet, imaginemur aliũ circulum maiorẽ transeuntem per polos circuli signorum, & super eos circumuolui, qui diuisus sit 360. partes siue gradus prædictum ergo circulum uolue super gradum planetæ uel stellæ in ecliptica, cuius locum uel situm quæris in sphæra, postea computa in prædicto circulo ab ecliptica gra. latitudinis planetæ uel stellæ, uersus partem illam in qua fuerit eius latitudo, & ibi pone paruamnotam, quia illic erit locus planetæ uel stellæ in sphæra quem quærebas.

Quintum capitulum. De forma tabularum nostrarum.

QVantum autem ad quintũ & ultimum præsentis operis, uidendum est de forma & compositione tabularũ prædictarum, & de modo operandi per eas. Sed primo uidendũ est de forma & de compositione tabularum, propter quod sciendum est, ꝙ in sphæra mundi imaginantur duo circuli maiores, quorũ alter dicitur circulus æquinoctialis, qui imaginatur diuidi in 360 partes æquales quæ dicuntur gra. qui ponuntur æqualiter distare ab utroq; polorũ mundi. Alter uero dicitur circulus zodiaci seu circulus signorum, qui imaginatur diuidi in 12. partes æquales, quæ

quæ dicuntur ſigna, quarum quælibet imaginamur diuidi in 30. partes æquales, quæ dicuntur gra. qui circulus ſignorũ inclinatus eſt ſuper dictũ circulum æquinoctialis, declinans ab eo uerſus ſeptentrionem & uerſus meridiem per gra. 23. & minut. 51. ſecundum opinionẽ Ptolemæi, ſecundũ uero opinionẽ Almeonis & modernorũ per gra. 23. minut. 33. & ſecund. 30. Qui duo circuli ſe interſecant & diuidunt per medietatẽ æqualiter. Et illa medietas zodiaci, & ſex ſigna quæ ſunt uerſus polum ſeptentrionalem dicuntur ſeptentrionalia, quæ dicuntur Aries, Thaurus, Gemmini, Cãcer, Leo, Virgo. Illa uero medietas zodiaci, & ſex ſigna quæ ſunt uerſus polum meridionalem, dicuntur meridionalia, quæ dicuntur Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius et Piſces. Et iſti duo circuli, ſcilicet circulus æquinoctialis, & circulus ſignorum, mouentur omni die naturali ſuper polis mundi, qui etiã ſunt poli prædicti circuli æquinoctialis una reuolutione cõpleta, & parũ plus uidelicet, quantũ mouetur Sol in una die naturali per proprium motum. Imaginantur etiã alij duo circuli maiores, uidelicet, circulus horyzon & circulus meridianus. Circulus horyzon eſt, qui diuidens ſphæram mundi in duas medietates, ſemper ſeparat inter medietatẽ cœli nobis apparentem, & medietatem cœli nobis occultam. Circulus uero meridianus eſt qui diuidens ſphæram mundi in duas medietates ſemper ſeparat inter medietatem cœli nobis orientalem & inter medietatem nobis occidentalem, qui duo circuli ſe interſecant, & diuidunt æqualiter per medium ad angulos rectos ſphærales, ex qua interſectione & diuiſione totã ſphærã mundi imaginamur diuidi in quatuor partes æquales, quarũ duæ ſemp ſunt ſub terra, & duæ ſuper terram. Et ſimiliter duæ earum ſemp ſunt in parte orientali, & duæ in parte occidẽtis. Sed cum imaginati fuerimus, quòd quelibet prædictarum quartarum ſit diuiſa in ſex partes æquales per circulos maiores tranſeuntes per loca oppoſita quartarum oppoſitarum æqualiter elongatos ab inuicem, ſeſe ab inuicem interſecantes, & cum prædictis duobus circulis, uidelicet, horyzonte & meridiano in duobus punctis, in

qbus prædicti duo circuli sese intersecāt, intelligetur tota sphæra diuisa in 24. partes æquales, per 12. circulos maiores, quorum cuiuslibet medietas una semper erit super terram, & altera medietas semper erit sub terra, præter circulum horyzontis, qui semp intelligitur esse in contactu orientis & occidentis, distiguens inter partem cœli superiorem apparentem nobis, & partem cœli inferiorem nobis occultam, sicut dictum est supra. Item prædictorum circulorum semper una medietas est in parte nobis orientali. Et altera medietas semper est in parte occidentali nobis, præter circulum meridianum, qui semper intelligitur esse in cō tactu & in medio duarum partium cœli, quarum una est nobis orientalis & altera occidentalis nobis. His sic præmissis, notandum est, ꝙ quilibet gra. circuli signorū ab ortu suo usq ad occasum trāsit per omnes medietates superiores prædictorū circulorum; ab occasu uero suo usq ad suum ortū, transit per omnes medietates inferiores eorūdem circulorum. Sed tempus quo quilibet gra. circuli signorum mouetur ab uno circulo ad aliū circuculum illi in mediatū, dicitur hora temporalis illius gra. diurna uel nocturna. Diurna quidem si gra. ipse reuoluitur super terrā. Nocturna uero, si reuoluitur sub terra. Et propter hoc prædicti circuli merito possunt dici circuli horarum. Sed gra. qui de æquinoctiali circulo transeunt per prædictos circulos, in tempore quo ipse gra. reuoluitur ab uno circulo ad alium circulū illi immediatum dicūtur partes horarum illius gra. Item notandum est quòd non semper, & in omni regione, horæ temporales nocturnæ & diurnæ cuiuslibet gra. signorum, circuli signorum sunt æquales, sed solū in sphæra recta semper sunt æquales. Et hoc quia in sphæra recta horyzon diuidit in duas porciones æquales, circulū æquinoctialē, & oēs circulos illi æquedistātes, q imaginantur describi à gradibus circuli signorum dum orbiculariter feruntur super polis mundi. In sphæra uero obliqua, & in omni regione habente latitudinem solum horæ temporales diurnæ & nocturnæ, finis signi Virginis, & finis signi Pisciū, sunt æquales. Sed horæ temporales diurnæ & nocturnæ, omniū aliorum

rum

rum graduum circuli signorum declinantiũ ab æquinoctiali circulo sunt inæquales. Et hoc ideo, quia in omni regione habente latitudinem horyzon obliquus solum diuidit circulum æquinoctialem in duas partes æquales. Omnes uero alios circulos illi æquæ distantes, diuidit in duas portiones inæquales. Cum igitur in sphæra recta horæ temporales diurnæ & nocturnæ, cuiuslibet gradus circuli signorum, semper sint æquales, Et similiter finis signorum Virgnis & Pisciũ in omni regiõe, ut ostẽsum est, sequitur quòd etiam partes horarum diurnarum & nocturnarum ipsorum graduũ sint æquales, unde semper in sphæra recta, in qualibet hora temporali reuoluuntur de æquinoctiali circulo 15 gra. precise, Et similiter in omni regione in qualibet hora temporali, finis signorũ Virginis & Piscium, tam nocturna quàm diurna reuoluuntur de prædicto æquinoctiali circulo 15. precise. In sphæra uero obliqua, & in omni regione habẽte latitudinem horæ temporales diurnæ & nocturnæ, cuiuslibet gra. circuli signorũ declinantis ab æquinoctiali circulo sunt in æquales, & earũ partes similiter, unde horæ temporales diurnæ, cuiuslibet gr. à principio signi Arietis, usque ad finem signi Virginis, sunt maiores, nocturnæ uero minores horis æqualibus, & earũ partes similiter. Ecõuerso horæ tẽporales diurnæ, cuiuslibet gr. A principio Libræ: usque ad finem signi Piscium sunt minores, nocturnæ uero maiores, horis æqualibus, & earum partes similiter. Et hoc ideo, quia portiones omniũ circulorũ septentrionaliũ æquedistantium circulo æquinoctiali, quæ sunt super terrã, sunt maiores portionibus eorũdem circulorũ quæ sunt sub terra et econuerso, portiones omnium circulorum meridionaliũ, æquedistãtium circulo æquinoctiali, quæ sunt super terram, sunt maiores portionibus circulorum eorundem, quæ sunt sub terra. Ex quibus omnibus sequitur quod in sphæra recta nunquã ascensiões uariantur. Et quòd quilibet gra. circuli signorum, cum eisdem uel æqualibus ascensionibus, trãsit per omnes circulos horarum in sphæra recta, uidelicet, cum ascensionibus circuli directi. Et quod finis signorũ Virginis & Piscium, similiter nunquã uariant ascẽsiones

ſiões ſuas,ſed in omni regione cũ eiſdẽ uel æqualibus aſcenſioni bus tranſeunt per omnes circulos horarum. Et quo in omni regione habẽte latitudinem, quilibet gra. circuli ſignorũ declinãs ab æquinoctiali circulo uariat aſcenſiones ſuas continue à prin cipio ſui ortus uſq; ad occaſum. Et ſimiliter à principio ſui occa ſus, uſq; ad ortum ſuũ. Vnde quilibet gra. circuli ſignorũ à prin cipio ſigni Arietis uſq; ad finem ſigni Virginis, continue ab ortu ſuo uſq; ad occaſum ſuum cum maioribus aſcenſionibus tran ſit per circulos horarũ. Sed ab occaſu ſuo uſq; ad ortum ſuum, cum minoribus aſcenſionibus, tranſit per eoſdem circulos hora rũ. Ecõuerſo uero cõtingit à principio ſigni Libræ, uſq; ad finẽ ſigni Piſcium, quia illic quilibet gra. circuli ſignorũ ab ortu ſuo uſq; ad occaſum ſuum, cum minoribus aſcenſionibus, tranſit ꝑ omnes circulos horarum, ſed ab occaſu ſuo uſq; ad ortum ſuũ, cũ maioribus aſcenſionibus tranſit per eoſdem circulos horarum. Signa tamẽ directe aſcendẽtia, quæ ſunt à principio Cãcri, uſq; ad finem Sagittarij, maiores habent aſcenſiones in oriente quã in occidente, & etiam quàm in locis intermedijs. Signa uero tor tuoſa, quæ ſunt à principio Capricorni, uſq; ad finem Geminorum, econuerſo minores aſcenſiones habent in oriente quàm in occidente, & etiam quàm in locis intermedijs. Scito tamen ꝙ in omni regione quilibet gra. circuli ſignorum, cum eiſdem & æqualibus aſcenſionibus, tranſit per circulum meridiẽi, & mediæ noctis, uidelicet cũ aſcenſionibus circuli directi. Et hoc ꝗa in omni regione, & tam in ſphæra recta, quàm obliqua circulus meridianus, interſecat circulum horyzontis ad angulos rectos, ſphærales tranſiens per polos mundi, & per cenith capitis, ſeu per polum horyzontis. Scias etiam quòd quanta eſt differentia inter aſcenſiones circuli horyzontis orientalis, & aſcenſiones circuli meridiei, & mediæ noctis, tanta eſt differentia inter aſcenſiones prædicti circuli meridiẽi & mediæ noctis, & deſcenſiones circuli horyzontis occidentalis. Ex quo ſequitur quòd differentia, quæ eſt inter aſcenſiones circuli horizontis orientalis, & deſcenſiones circuli horyzontis occidẽtalis eſt dupla

dupla, quæ est inter ascensiões circuli meridiẽi & mediæ noctis, & ascensiones circuli horyzontis orientalis. Et similiter ad differentiam, quæ est inter ascensiones prædicti circuli meridiei & mediæ noctis, & descensiones circuli horyzontis occidentalis. Ex quibus omnibus intelligi potest, quòd scitis ascensionibus circuli directi, & scitis ascensionibus circuli regionis, sciri possunt ascensiones aliorum circulorum horarũ, hoc est, quòd scitis ascensionibus cum quibus quilibet gra. circuli signorum, transit per circulũ meridiei & mediæ noctis, et scitis ascensionibus cum quibus quilibet eorundem transit per circulum horyzontis orientalis, sciri etiam possunt ascensiones, cum quibus quilibet gra. eorum transit per omnes alios circulos horarum. Cum eñ quælibet quartarum sphæræ imaginetur diuidi in sex partes æquales, quæ terminantur per circulos horarum, ut dictum est supra, manifestum est, quòd ascensiones cuiuslibet gra. circuli signorum in quolibet circulorum prædictorum excedunt ascensiones eiusdem gra. in circulo sibi immediato, uel ab eis exceduntur per sextam partem differentiæ, quæ est inter ascensiones eiusdem gra. in circulo horyzontis orientalis, & ascensiones eiusdẽ in circulo meridiei & mediæ noctis. Cum igitur sciueris ascensiones cuiuslibet gra. circuli signorum in circulo directo, & similiter in circulo regionis, et uolueris scire ascensiones cuiuslibet eorum in alijs circulis horarum, scias differentiam quæ est inter ascensiones cuiuslibet gra. circuli signorum in circulo directo, & similiter ascensiones cuiuslibet eorum in circulo regionis, cuius differentiæ accipe sextam partem, quam adde super ascensiones circuli regionis cuiuslibet eiusden gra. à principio signi Arietis usq; ad finem signi Virginis, & habebis ascensiones cuiuslibet eorum in circulo superiori & inferiori terminante primam horam temporalem, hoc est, cum quilibet eorum fuerit elongatus ab angulo orientis, seu circulo horyzontis orientalis per unam horã temporalẽ, siue ipse uel ipsi gra. fuerint super terrã siue sub terra, deinde super ascensiones cuiuslibet eorũ in circulo terminante primam horam temporalem, seu in circulo, primo à cir-

r culo

culo horyzontis orientalis, adde sextam partem prædictæ differentiæ, & habebis ascensiones cuiuslibet eorum in sequenti circulo horarum superiori & inferiori, & hoc ab angulo orientis seu à prædicto circulo horyzontis orientalis, & sic successiue de circulo in circulum addendo sextam partem prædictæ differentiæ super ascensiones cuiuslibet prædictorum graduũ in circulo immediate præcedente, habebis ascensiones cuiuslibet eorũ in circulis horarum sequentibus, tam in superioribus quàm inferioribus, usq; ad circulum meridiei & mediæ noctis, cuius circuli ascensiones in omni regione semper concordant cum ascensionibus circuli directi, sicut dictum est supra. Similiter si super ascensiones cuiuslibet graduum prædictorum in circulo directo addideris sextam partem differentiæ prædictæ, habebis ascensiones cuiuslibet eorum in primo circulo horarum, à circulo meridiei & mediæ noctis, tam superiori quàm inferiori. Et si super ascensiones cuiuslibet eorum in prædicto primo circulo, addideris sextã partem prædictæ differentiæ habebis ascensiones cuiuslibet eorum in secũdo circulo horarũ à circulo meridiei et mediæ noctis tam superiori quàm inferiori. Et sic successiue procedẽdo de circulo in circulum in additione sextæ partis prædictæ differentiæ super ascensiones cuiuslibet prædictorum graduũ in circulo immediate præcedenti, habebis ascensiones cuiuslibet eorum in circulis sequentibus tam superibus quàm inferioribus, usq; ad circulum horyzontis occidentalis. A principio uero signi Libræ usq; ad finem signi piscium sextam partem differentiæ inter ascensiones cuiuslibet graduum in circulo directo, & ascensiones cuiuslibet eorum in circulo regionis, minue de ascensionibus eorum cuiuslibet in circulo regionis, & similiter de ascensionibus eorundem in alijs circulis horarum, sicut in opere præcedenti addebas, quia in alio non differt opus, & habebis ascensiones cuiuslibet eorum in omnibus circulis horarum tam superioribus quàm inferioribus. Scias autem quod computationem circulorum horarum cuiuslibet quartæ potes incipere à quouis duorum angulorum includentium illam quartam, ita tamen ꝙ semper

ſemper circulus illius anguli à quo incipies computare, ponatur principium primæ horæ temporalis huius quartæ, & circulus alterius anguli ponatur finis ſextæ horæ tẽporalis eiuſdẽ quartæ. His igitur ſic præmiſſis & præcognitis faciliter poteſt patere & intelligi forma & compoſitio tabularum prædictarum cuilibet illas inſpicienti. Feci namq; unicuiq; ſigno tabulã unam incipiendo à ſigno Arietis in hac forma, quia in primo loco & in prima linea uerſus ſiniſtram poſui gra. æquales, id eſt, gra. circuli ſignorum. In fine uero tabulæ uerſus dextram poſũtur differentiæ aſcenſionum cuiuslibet gra. quæ ſunt inter aſcenſiones cuiuslibet eorũ in quibuslibet duobus circulis horarum immediatis. In locis uero intermedijs ponũtur aſcenſiones omniũ circulorum horarum, cum ſuis quottis. Ita quòd immediate poſt gra. æquales uerſus dextram ponuntur aſcenſiones cũ quibus quilibet gra. circuli ſignorum tranſit per circulũ horyzontis orientalis, quæ ſunt aſcenſiones circuli regionis, & immediate ante prædictas differentias aſcenſionum uerſus ſiniſtrã ponuntur aſcenſiones & melius deſcenſiones, cum quibus quilibet gra. circuli ſignorum tranſit per circulum horyzontis occidentalis, quæ ſunt deſcenſiones circuli regionis. In medio uero omnium circulorum horarum ponuntur aſcenſiones, cum quibus quilibet gra. ſignorum, tranſit per circulum meridiei & mediæ noctis, quæ ſunt aſcenſiones & deſcenſiões circuli directi. In circulis uero qui ſunt inter circulum horyzontis orientalis, qui eſt immediate poſt gra. æquales, & circulum meridiei & mediæ noctis, q eſt medius inter oẽs, ponuntur aſcenſiones, cum qbus quilibet gra. circuli ſignorum, tranſit per omnes medietates orientales, tam ſuperiores quàm inferiores circulorum horarũ. In circulis uero qui ſunt inter prædictum circulum meridiei & mediæ noctis, & circulum horyzontis occidentalis qui eſt ultimus circulus uerſus dexteram & ante differentias aſcenſionum prædictas ponuntur aſcenſiones, & melius deſcenſiones, cũ quibus quilibet gra. ſignorum, tranſit per omnes medietates occidentales circulorũ horarum, tam ſuperiores quàm inferiores. Cuiuslibet

bet enim circulorum prædictorum una medietas est in parte nobis orientali, & alia medietas est in parte nobis occidentali, præter circulum meridiei & mediæ noctis. Similiter cuiuslibet eorum una medietas est super terram & alia medietas est sub terra, sicut dictum est supra. Sed sciendum est quòd in istis tabulis describuntur duplices quotæ circulorum horarum, uidelicet rubeæ & nigræ. Quotæ rubeæ deseruiunt medietatibus superioribus circulorum horarũ, & horis diurnis. Quotæ uero nigræ deseruiunt medietatibus eorundem inferioribus & horis nocturnis, cum in directiõe uel in proiectione radiorum proceditur secundum successus signorum. Sed cum proceditur in eis contra successus signorum econuerso quotæ rubeæ deseruiunt meditatibus inferioribus prædictorũ circulorum & horis nocturnis, nigræ uero deseruiunt medietatibus eorũdẽ superioribus & horis diurnis. Item sciendũ est quòd prædictæ quotæ taliter ordinatæ sunt in prædictis tabulis, ꝙ cõputatio prædictorũ circulorum horarum fieri potest ab alterutro duorum angulorum includentium quamlibet quartam, altera tamen directa, altera uero conuersa.

Sextum capitulũ. De modo dirigendi per dictas tabulas.

EXpediti de forma & compositione tabularum prædictarũ consequenter uideamus de modo operandi per eas. Et primo de modo dirigendi. Secundo uero de modo inueniendi, proijciendi & extendendi radios & aspectus. Cum igitur uolueris per prædictas tabulas aliquem significatorem dirigere, æqua 12 domus ad latitudinem regionis, ad quam compositæ sunt huiusmodi tabulæ directionũ, secundum quòd docetur in canonibus primi mobilis, postea scias ascensiones, cùm quibus significator dirigendus transit per locum suum, siue fuerit in angulis, siue extra angulos. Similiter scias ascensiones cum quibus planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, transit per locum ipsius significatoris. Et quod fuerit inter eos de gra. & minutis ascensionum serua

ſerua, q̃a erũt gr. et min. directiõis. Quãdocũq; igit̃ ſignificatorẽ uolueris dirigere, cõſidera ſi eſt in angulo medij cœli, uel in angulo terræ, aut in angulo oriẽtis, uel in angulo occidẽtis, ꝙ ſi fuerit in angulo medij cœli, aut in angulo terræ, hoc eſt, ſi gra. cũ quo ſignificator dirigendus mediat cœlum uel abyſſum, fuerit in aliquo prædictorum angulorum, ſiue mediat cœlum uel abyſſum cum ſuo gra. ſiue cum alio, ſcias aſcenſiones gra. cum quo ſignificator dirigendus mediat cœlum uel abyſſum in circulo meridiei & mediæ noctis. Similiter ſcias aſcenſiones gra. cum quo planeta uel ſtella ad quem uolueris dirigere, mediat cœlum uel abyſſum in eodem circulo. Et quòd fuerit inter eos de gradibus & minu. aſcenſionum ſerua, quia ſunt gra. & minu. directionis. Sed ſi ſignificator dirigendus fuerit in angulo orientis, hoc eſt, ſi gra. cum quo ſignificator fuerit, oritur in angulo orientis, ſiue oriatur cum ſuo gra. ſiue cum alio, ſcias aſcẽſiones gra. cum quo ſignificator oritur in circulo horizõtis orientalis. Similiter ſcias aſcenſiones gra. cum quo planeta uel ſtella ad quem uolueris dirigere, oritur in eodẽ circulo, & quod fuerit inter eos de gradibus & minutis aſcenſionum ſerua, quia ſunt gra. & minu. directionis. Si uero ſignificator dirigendus fuerit in angulo occidẽtis, hoc eſt, ſi gra. cum quo ſignificator occidit, fuerit in angulo occidentis, ſiue occidat cum ſuo gra. ſiue cum alio, ſcias aſcenſiones, & melius deſcenſiones gra. cum quo ſignificator occidit in circulo horyzõtis occidentalis. Similiter ſcias aſcenſiones ſiue deſcenſiones gra. cum quo planeta uel ſtella ad quem uolueris dirigere, occidit in eodem circulo, & quod fuerit inter eos de gradibus & minu. aſcenſionum ſiue deſcenſionum ſerua, quia ſunt gra. & minu. directionis. Si uero ſignificator dirigendus fuerit extra quatuor loca prædicta, ſcias horas longitudinis ſignificatoris ab angulo, hoc modo, uidelicet, ſi ſignificator dirigendus fuerit in medietate orientali, & uolueris ſcire horas longitudinis ipſius ab angulo aſcendentis. Aſcenſiones circuli horyzontis orientalis, quæ ſunt inter angulum aſcendentis, & gra. cum quo ſignificator oritur, diuide per partes horarum eiuſdem gra.

 cum

cum quo oritur, diurnarum quidem si significator dirigendus fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra. Et quod inde exiuerit, serua, quia erunt horæ & minu. longitudinis significatoris ab angulo medij cœli, uel ab angulo terræ, dum ipse significator est in medietate orientali. Ascensiones circuli meridiei & mediæ noctis, quæ sunt inter alterum prædictorum duorum angulorum, & gra. cum quo significator mediat cœlum uel abyssum, diuide per partes horarum gra. cum quo oritur significator, diurnarum quidem si fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra, & quod inde exiuerit, serua, quia erunt horæ & minuta longitudinis significatoris ab angulo medij cœli uel ab angulo terræ, uel horæ tantum, uel minu. tantum, dum ipse significator est in medietate orientali. Si uero significator dirigendus fuerit in medietate occidentali, & uolueris scire horas longitudinis ipsius ab angulo occidentis. Ascensiones siue descensiones circuli horyzōtis occidentalis, qui fuerint inter angulum occidentis, & gra. cum quo significator occidit, diuide p partes horarum eiusdem gra. cum quo occidit, diurnarum quidē si fuerit super terram, nocturnarū uero si fuerit sub terra. Et q̄d inde exiuerit serua, quia erūt horæ & minu. longitudinis significatoris ab angulo occidentis, aut horæ tantum uel minu. tantū. Si uero uolueris horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo medij cœli, uel ab angulo terræ, dum ipse significator est in medietate occidentali. Ascensiones circuli meridiei & mediæ noctis, quæ sunt inter alterum prædictorum duorum angulorum & gra. cum quo significator mediat cœlum uel abyssum diuide per partes horarum, gra. cum quo significator occidit, diurnarum quidem si fuerit super terram, nocturnarum uero si fuerit sub terra, & quod inde exiuerit, serua, quia erunt horæ & minu. longitudinis significatoris ab angulo medij cœli, uel ab angulo terræ, uel horæ tantū, uel minu. tantū, dum ipse significator est in medietate occidētali. Partes aūt horarum cuiuslibet gr. diurnarum & nocturnarū per p̄dictas tabulas hoc modo inuenies. Scias differētias ascensionum cuiuscunque gr. uolueris quia si ipse gra.

se gr. fuerit à principio signi Arietis usq; ad finẽ signi Virginis, adde sup 15. gra. q sunt partes horæ æqualis pro ptibus horarum diurnarum, & à 15. gra. minue pro partibus horarum nocturnarum. A principio uero signi Libræ usq; ad finem signi Piscium, econuerso prædictam differentiam ascensionũ minue à 15. gra. pro partibus horarum diurnarum, & eisdem adde pro partibus horarum nocturnarum. Et per hũc modum faciliter habere potes partes horarum tam diurnarum quàm nocturnarum, cuiuslibet gra. circuli signorum. Postquam autem sciueris horas longitudinis significatoris ab angulo, considera si significator dirigendus, & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit in ecliptica, & nullam habens latitudinem, quod si sic fuerit, & significator dirigendus fuerit in aliquo circulorum horarum descriptorum in tabulis prædictis, quod contingit, quando cum horis longitudinis significatoris ab angulo non sunt minuta, tunc scias ascensiones gra. significatoris in circulo horæ perfectæ, in quo est, & habebis ascensiones cum quibus significator dirigendus transit per circulum horæ perfectæ in quo est. Similiter scias ascensiones gra. planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere in eodem circulo, & habebis ascensiones, cum quibus ipse planeta uel stella trãsit per circulum horæ perfectæ in quo est significator dirigendus. Post hoc autem quod fuerit inter eos de gra. & minu. ascensionum serua, quia erunt gra. & minu. directionis. Sed si cum horis longitudinis significatoris dirigendi ab angulo fuerint minu. uel minu. tantum. & significator dirigendus & planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit in ecliptica scias ascensiones gra. significatoris dirigendi in circulo anguli, si distabit ab angulo, minus quàm per horam, uel in circulo horæ perfectæ, si distabit ab angulo, plusquam per horam, uel per horas. Scias etiam differentiam ascensionum, quæ est in directo gra. significatoris, & ipsam multiplica per minu. horæ imperfectæ, & quod inde prouenerit, adde super ascensiones gra. significatoris, quas modo inuenisti, si ascensiones circuli anguli, uel circuli horæ perfectæ, fuerint minores ascensiõibus circuli horæ

immedia

immediate sequentis, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones cum quibus significator transit per locum suæ distantiæ ab angulo. Similiter scias ascensiões gra. planetæ uel stellæ, ad quem uolueris dirigere in circulo anguli, aut in circulo horæ perfectæ, sicut fecisti de gra. significatoris. Scias etiã differentiam ascensionum, quæ est in directo gra. ipsius planetæ uel stellæ, & ipsam multiplica per minu. horæ imperfectæ, & q̃d inde ꝓuenerit adde sup ascensiões gra. planetæ uel stellæ ad quẽ uolueris dirigere, quas modo inuenisti, si ascensiones circuli anguli uel circuli horæ pfectæ fuerint minores ascensiõibus circuli horæ immediate sequentis, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones, cum quibus planeta uel stella ad quẽ uolueris dirigere, transit per locum ipsius significatoris. Quod autem fuerit inter eos de gradibus & minu. ascensionum serua, quia erunt gra. & minu. directionis. Si uero significator dirigẽdus fuerit extra eclipticam, scias ascensiones, cum quibus mediat cœlum uel abyssum, & ascensiones cum quibus oritur, si fuerit in medietate orientali, uel ascensiones uel descensiones cum quibus occidit, si fuerit in meditate occidentali. Et scias differẽtiam inter eas, subtrahendo minores ascensiones de maioribus, cuius differentiæ accipe sextam partem, & ipsam multiplica ꝑ horas & minu. longitudinis significatoris dirigendi ab angulo, & per horas tantum, uel per minu. tantum. Et quod inde prouenerit, si accepisti horas lõgitudinis significatoris ab angulo medij cœli, uel ab angulo terræ, adde super ascensiones, cum quibus significator mediat cœlũ uel abyssum, si fuerint minores ascensionibus, cũ quibus oritur, si fuerint in medietate orientali, uel si fuerint minores ascensionibus seu descensionibus, cum quibus occidit, si fuerit in medietate occidentali, uel ab eis minue si fuerint maiores, & habebis ascensiones cum quibus significator transit per locum suæ distantiæ ab angulo medij cœli, uel ab angulo terræ. Sed si accepisti horas longitudinis significatoris dirigendi ab angulo ascendentis, uel ab angulo occidentis, illud adde ascensionibus cum quibus significator oritur, uel ascensionibus

nibus uel descensionibus, cum quibus occidit si fuerint minores ascensionibus cum quibus mediat cœlum uel abyssum, uel ab eis minue si fuerint maiores; & habebis ascensiones cum quibus significator dirigendus transit per locum suæ distantiæ ab angulo ascendentis, uel ab angulo occidentis. Similiter si planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, fuerit extra eclipticam, scias ascensiones cum quibus mediat cœlum uel abyssum, & ascensiones cum quibus oritur, si significator dirigendus fuerit in medietate orientali, uel ascensiones uel descensiones cum quibus occidit si significator dirigendus fuerit in medietate occidentali. Et scias differentiam inter eos, cuius differentiæ accipe sextam partem, & ipsam multiplica per horas & minu. longitudinis significatoris ab angulo, & cætera facias sicut dictum est de significatore, quando est extra eclipticam, & habebis ascensiones cũ quibus ipse planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, transit per locum ipsius significatoris dirigendi. Quod autem fuerit inter eos de gra. & minu. ascensionum serua, quia erunt gra. & mi. directionis. Scias tamen quòd si cum dirigis aliquem significatorem contingat quòd ascensiones cum quibus ipse significator transit per locum suæ distantiæ ab angulo, et ascensiones, cũ quibus planeta uel stella ad quem uolueris dirigere transit per locum significatoris sunt æquales, tunc directio est nulla, quia ambo sunt in æquali distantia ab angulo. Sed si ascensiones significatoris dirigẽdi sunt maiores quàm ascensiones planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere, & uolueris directionem directam, similiter nulla erit directio, quia tunc planeta uel stella ad quem uolueris dirigere, iam transiuit per motum firmamenti locum significatoris, nec reuoluitur ad eũ. Si uero ascensiones planetæ uel stellæ ad quem uolueris dirigere fuerint maiores ascensionibus significatoris dirigendi, & uolueris directionem conuersam similiter nulla erit directio, quia significator dirigẽdus, per motum firmamenti iam transiuit locum planetæ uel stellæ ad quẽ uolueris dirigere, nec reuoluit ad eũ, q̃d tamẽ est necessarium in directione conuersa. Cum uero significatorem dirigẽdũ sciueris &

ris & per prædictas tabulas scire uolueris quo ab eo de circulo signorum perueniet directio in aliquo annorum scias ascensiones ipsius significatoris dirigendi cum quibus transit p aliquem circulorum angulorum uel horarum, si fuerit in aliquo eorum, uel per locum suæ distantiæ ab angulo per modum supius dictum, siue fuerit in ecliptica, siue extra eclipticam, deinde super huiusmodi ascensiones adde numerum annorum, quorūcūq; uolueris, & quod inde prouenerit, extende in ascensionibus circuli, in quo fuerit idem significator, siue fuerit in circulo alicuius anguli, siue in aliquo circulo horarum, & quod in eius directo fuerit de gradibus & minutis circuli signorū, serua, quia illuc perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Si uero significator dirigendus in aliquo circulo angulorum uel horarum fuerit inter duos circulos, scias ascensiones eius cū quibus transit per locum suæ distantiæ ab angulo, siue fuerit in ecliptica, siue fuerit extra eclipticam, ut dictum est supra. Deinde super huiusmodi ascensiones adde numerum annorum quorumcūque uolueris, & quod inde prouenerit. extende in ascensionibus circuli anguli, uel in ascensionibus circuli horæ perfectæ, ad quē eorum, uidelicet immediate reuoluitur in directione directa, uel à quo in medietate separatus est in directione conuersa, & quod in eius directo fuerit de gra. & minu. circuli signorum serua. Postea scias differentiā ascensionū, quæ fuerit in directo prædictorum gra. & minutorū circuli signorum, & ipsam multiplica p mi. uel horas, aut p horas & mi. lōgitudinis significatoris dirigēdi ab angulo, si numerum annorum extēdisti in circulo anguli uel p mi. lōgitudinis significatoris dirigēdi à circulo horæ pfectæ, si numerum annorum extēdisti in circulo horæ pfectæ, et qd inde, puenerit, diuide p ascensiōes correspōdētes uni gradui circuli signorum in parte extensionis prædictæ in loco distantiæ significatoris ab angulo. & quod inde exiuerit adde grabibus & minu. circuli signorū prius seruatis, si ascensiones circuli anguli à quo accepisti horas lōgitudinis significatoris dirigēdi fuerint maiores ascensionibus alterius anguli sequentis, aut si ascensiones circuli horæ perfe-

ctæ

ctæ fuerint maiores ascẽsionibus circuli horæ immediate sequẽtis, uel ab eis minue si fuerint minores, & q̃d inde prouenerit & remanserit tene, quia illuc perueniet directio à loco significatoris in eodem anno, uel aliter & expeditius, postquam sciueris ascensiones, cum quibus significator dirigendus transit per locũ suæ distantiæ ab angulo, & super illas addideris numerum annorum quorũcunq; uolueris per modum superius dictum, uide per æstimationem rudem, & per coniecturam tuam, ad quem gradum perfectum circuli signoꝝ perueniet directio significatoris in eodem annno. Et differentiam ascensionum, quæ fuerit in directo illius gra. signorum multiplica per min. uel per horas, aut per horas & minu. lõgitudinis significatoris dirigendi ab angulo, & per minu. longitudinis ipsius significatoris à circulo horæ perfectæ. Et quod inde prouenerit adde super ascensiones gra. æstimationis & coniecturæ in circulo anguli, aut in circulo horæ perfectæ, si ascensiones circuli anguli uel circuli horæ perfectæ fuerint minores ascensionibus circuli horæ immediate sequentis, uel ab eis minue, si fuerint maiores diuide, quod inde ꝓuenerit uel remanserit, uide si est æquale, maius uel minus, eo q̃d prouenit ex additione numeri annorum super ascẽsiones significatoris dirigendi, quod si fuerit ei æquale, ipse gra. æstimationis uel coniecturæ, est gra. & locus de circulo signorum quo perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Si uero fuerit maius uel minus, subtrahe minus à maiori, & residuum diuide ꝑ ascensiones correspondentes uni gradui signorum in parte gra. æstimationis & coniecturæ in loco distantiæ significatoris ab angulo, & quod inde exiuerit, adde super gradum æstimationis & coniecturæ tuæ, si illius ascensiones in loco distantiæ significatoris ab angulo fuerint minores aggregato ex ascensionibus significatoris & numero annorum propositorum, uel inde minue, si fuerint maiores, & quod ex additione, uel diminutiõe prouenerit, quia illuc perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Modus autem perquirendi ascensiones correspõdentes singulariter unicuiq; gra. circuli signoꝝ in circu

lo siue loco distātiæ significatoris dirigēdi ab angulo est iste. Scias ascensiones correspondētes cuicūq; gradui circuli signorum uolueris in circulo meridiei & mediæ noctis, & circuli horyzontis orientalis, si significator dirigendus fuerit in medietate oriētali, uel in circulo horyzontis occidentalis, si fuerit in medietate occidentali, & minores ascēsiōes subtrahe de maioribus, & habebis differentiam inter eas, cuius differentiæ accipe sextam ꝑtem, & ipsam multiplica per minu. uel per horas, aut per horas & minu. longitudinis significatoris ab angulo, & quod inde ꝓuenerit adde super ascēsiōes correspondentes uni gradui circuli signorum in circulo anguli, à quo accepisti lōgitudinem significatoris, si fuerint minores ascensionibus correspondentibus eidem gradui circuli signorū in circulo anguli sequentis, uel ab eis minue, si fuerint maiores, & quod inde exiuerit serua, quia erit quantitas ascensionum correspondens eidem gradui circuli signorum in loco distantiæ significatoris ab angulo. Similiter & eodem modo poteris scire ascēsiones correspondētes unicuiq; gradui circuli signoꝝ inter duos circulos horarum immediatos per differentiam ascensionum correspondentium uni gradui circuli signorum in alterutro prædictorum duorum circulorum, & per minu. horæ longitudinis significatoris dirigēdi ab alterutro prædictorum duorū circulorum, multiplicando uidelicet prædictam differentiam per minu. horæ longitudinis significatoris ab altero prædictorum duorum circulorum, & addendo, uel minuendo pro ut docetur in opere præcedenti.

Septimum capitulum. De modo inueniendi & proijciendi, seu extendendi radios & aspectus per prædictas tabulas.

CVm uero per prædictas tabulas scire uolueris planetarum uel alicuius eorum radios & aspectus per modum dirigendi, sicut multi modernorum faciunt. Scias ascensiones cum quibus transit ipse planeta, cuius radios & aspectus quæris, per modum su

dum ſuperius dictum, ſiue fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum, ſiue fuerit extra circulos, & ſiue fuerit in ecliptica, ſiue fuerit extra eclipticā. Deinde prædictis aſcenſionibus adde arcus aſpectuum ſextilis, quarti uel trini, pro aſpectibus & radijs ſiniſtris, & ab eiſdem aſcenſionibus arcus prædictorum aſpectuū minue pro aſpectibus & radijs dextris. Poſtea uero ſi planeta cuius radios & aſpectus quæris, fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum, quicquid tibi prouenerit ex prædicta additione & diminutione, quære in aſcenſionibus circuli illius in quo fuerit ipſe planeta, quia in illis partibus circuli ſignorum, quæ fuerint in directo prædictorum aſcenſionum, extendentur aſpectus & radij illius planetæ ſextilis, quarti & trini. Radij uero & aſpectus oppoſitionis, ſemper extendūtur in circulo ſignorum ad nadir gra. illius planetæ. Si uero planeta cuius radios & aſpectus quæris, non fuerit in aliquo circulo angulorum, uel horarum, ſi fuerit inter duos circulos, quicquid tibi prouenerit ex additione & diminutione arcuum prædictorum aſpectuum, ſuper aſcenſionesnes tranſitus ipſius planetæ, quære in aſcenſionibus circuli anguli uel horæ perfectæ, ad quem eorum, uidelicet primo reuoluitur, pro aſpectibus & radijs ſiniſtris, & etiam dextris, quia nihil refert, utrum operatio tua fiat per aſcenſiones circuli præcedentis, aut ſequentis ipſum planetam. Et partes circuli ſignorū quæ fuerint in directo prædictorum aſcenſionum, ſic extenſarū ſerua. Poſtea ſcias differentiam aſcenſionum, uel differentias quæ fuerint in directo prædictarum partium circuli ſignorum. Et ipſam uel ipſas multiplica per minuta uel horas, aut per horas & minuta longitudinis planetæ, cuius radios & aſpectus quæris ab angulo, ſi arcus aſpectuum & radiorum extendiſti in aſcenſionibus circuli anguli, uel per minuta longitudinis ipſius planetæ, ab circulo horæ perfectæ, ſi arcus aſpectuum & radiorum extendiſti in aſcenſionibus circuli horæ perfectæ. Et quicquid inde prouenerit, diuide per aſcenſiones correſpondentes uni gradui circuli ſignorum in partibus extenſionum prædictorū aſpectuum, & radiorum in loco tranſitus ipſius planetæ, & cætera facias

pro ut dictum est in sexto capitulo, pro sciendo quo de circulo si gnorum perueniet directio alicuius significatoris in aliquo annorum & habebis partes de circulo signorum ad quas extendētur aspectus & radij ipsius planetæ per modum dirigendi. Sed hic modus projiciendi radios & aspectus planetarū non uidetur mihi rationabilis, & hoc quia aspectus & radij planetarum non extenduntur nec projiciuntur per circumferentiā circuli, sed per lineas rectas subtensas portionibus circuli, sicut ostensum fuit superius capitulo primo. Præterea hic modus non inuestigat aspectus & radios oppositionales per modum directionis, sicut inuestigat alios aspectus & radios, sed simpliciter ponit quòd aspectus & radij oppositionales semper cadunt, uidelicet, nadir gra. planetæ, quod certe uidetur expresse contra prædictum modū, quia non semper imò raro contingit, quòd per locum planetæ ad radios & aspectus oppositionales quærimus, transeant grad. de circulo æquinoctiali per modū dirigēdi qui sunt arcus aspectus oppositionis, donec nadir gra. ipsius planetæ applicet uel transeat per locum ipsius planetæ, imò hoc rarissime contingit in regione habente latitudinem, & non nisi quando ipse planeta fuerit in principio signi Arietis uel Libræ, aut in angulo medij cœli, aut in angulo terræ. Et tamen satis rationabile uidetur, quòd idem modus & eadē regula seruetur in extensione omnium radiorum. Modus uero inueniendi radios & aspectus planetarum secundum illos, qui eos extendunt secundum æquationes domorum, non habetur ex prædictis tabulis, sed pro isto modo recurre superius ad capitulum quartum. Sed si per easdem tabulas, uolueris radios & aspectus per latitudinem terræ, secundum modum Ioannis Hyspalen. scias ascensiones planetæ, cuius radios & aspectus quæris in circulo horyzontis oriētalis, si fuerit in medietate orientali, aut in circulo horyzontis occidentalis, si fuerit in medietate occidentali. Deinde super ascensiones prædictas ipsius planetæ adde partes horarum diurnarum gra. medij cœli, & nocturnarū gra. anguli terræ, quæ sunt semper æquales multiplicatas per quatuor, pro aspectu sextili, sed p

sex

ſex pro aſpectu quarto, & per 8. pro aſpectu trino, per 12. uero pro aſpectu oppoſitionis, et quod inde prouenerit, extende in circulo horyzontis orientalis, ſi planeta cuius radios & aſpectus quærimus fuerit in medietate orientali. In circulo uero horyzontis occidentalis, ſi fuerit in medietate occidentali, et quod in eius directo fuerit de circulo ſignorum conſidera, quia illic extendentur radij & aſpectus planetæ. Diligenter tamen aduerte ꝙ ſi planeta, cuius radios & aſpectus quæris, fuerit in una medietate orientali, uidelicet uel occidētali, & radij eius extēdētur ad aliam medietatē, tunc aſcenſiones anguli per quem tranſeunt radij ipſius planetæ, aſcenſiones dico circuli horyzōtis orientalis uel occidentalis, ſecundū quod ipſe planeta fuerit in medietate oriētali uel occidētali ſubtrahi debet de arcu extenſionis radiorum & reſiduū adde ſuper aſcenſiones eiuſdem anguli in circulo horyzontis oppoſiti, & in eodem extendi & reduci ad gra. æquales & cætera fieri, pro ut dictū eſt in opere præcedenti. Ego uero dico ꝙ proiectio & extenſio radioꝝ & aſpectuum planetarū, per latitudinē & aſcenſiones terræ, maxime attendi debet penes circulos horaꝝ. Ita ꝙ ſi planeta cuius radios & aſpectus quæris, fuerit in aliquo circulo horaꝝ, radios & aſpectus ſuos ſextiles proijciet & extendet ad quartum circulum poſt illum in quo fuerit. Radios uero & aſpectus quadraturæ proijciet & extendet ad ſextum circulū poſt illum. Radios uero & aſpectus trinos proijciet & extendet ad circulum octauū poſt illum, ſed radios & aſpectus oppoſitos proijciet & extendet ad circulum 12. poſt illū & uerius ad eundem circulum in quo eſt, uidelicet ad nadir loci in quo eſt. Et ſi planeta ipſe nō fuerit in aliquo circulo prædictorum, ſed elongatus fuerit ab aliquo ipſorum radios & aſpectus ſuos proijciet & extendet poſt quartum circulum ſextum octauum & 12. ab illo ſecundū quātitatē elongationis ipſius ab eodē. Propter quod ſciendū eſt, quòd ſemper & in qualibet regione inter circulum meridiei & mediæ noctis & circulum horyzontis orientalis ſunt de aſcenſionibus & gradibus circuli æquinoctialis 90. gr. preciſe. Et per cōſequēs inter quoslibet duos angulos

imme

immediatos, sed cum quælibet quarta imaginetur diuidi per circulos horarum in sex partes æquales, ut dictum est supra, sequitur quod inter duos quoslibet circulos horarum immediatos intercipiuntur de gra. æquinoctialis circuli 15. gra. precise. Ex q̃ sequitur, quòd si super ascensiones circuli alicuius anguli addideris 90. gra. habebis ascẽsiões circuli anguli immediate sequentis. Et q̃ si super ascensiones alicuius circuli horaꝝ addideris 15 gra. habebis ascensiones circuli immediate sequentis, & quod si super easdem ascensiones addideris 30. gra. habebis ascẽsiões secundi circuli ab illo. Et q̃ si super easdem ascensiones addideris 45. gra. habebis ascẽsiões tertij circuli ab illo. Et q̃ sic de circulo in circulum addendo 15. gra. habebis ascensiones omnium circuloꝝ horarum, & ex hoc sequitur quòd si super easdem ascẽsiones addideris 60. gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus sextilis, habebis ascensiones quarti circuli ab illo. Et q̃ si super easdem ascensiones addideris 90. gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus quarti, habebis ascensiones sexti circuli ab illo. Et quòd si super easdem ascẽsiões addideris 120 gra. qui sunt gra. quibus subtenditur linea aspectus trini, habebis ascensiones circuli octaui ab illo. Et si super easdem ascẽsiones addideris 180. gra. q̃ sunt gra. quibus subtẽditur linea aspectus oppositionis, habebis ascensiones circuli 12. ab illo. Et proprius ascensiones gra. oppositionis in eodem circulo, & sic secũdum hunc modũ extendendi radios & aspectus saluatur, quòd aspectus sextilis semper est 60. gra. Et q̃ aspectus quartus est 90 graduũ, & quòd aspectus trinus est 120. graduum, & q̃ aspectus oppositionis semper est 180. gra. Et forte Ioannes Hyspalen. intellexit hũc modũ in uerbis suis obscuris cum dixit, quòd aspectus per latitudinem terræ fit, ut per quot gra. planeta fuerit in aliqua domo, totidẽ respiciat alterius domus iunctæ secundũ latitudinem terræ. Si enim imaginemur totum circulum æquinoctialem diuidi in 12. partes æquales ad similitudinem 12. domorum faciendo principium ab ascendente, manifestum est, quòd quelibet portio erit 30 graduũ, qui sunt quantitas graduum, qui sunt

sunt à principio cuiuslibet circuli horarum usq; ad secũdum circulum ab eo, ex quo sequitur quòd per quot gra. fuerit planeta in aliqua domo expraedictis domibus, totidem gra. prospiciet alterius domus ex domibus praedictis sibi iuncte per aspectus secũdum latitudinem terrae. Si igitur secundum hunc modũ per has nostras tabulas uolueris radios & aspectus planetarũ scias ascensiones cum quibus transit ipse planeta, cuius radios & aspectus quaeris per modum superius dictum, siue fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum, siue fuerit extra circulos, & siue fuerit in ecliptica siue extra eclipticam. Deinde super easdem ascensiones adde arcus aspectuum uidelicet 60. gra. pro aspectu sextili 90. uero gr. pro aspectu quarto 120. gra. pro aspectu trino, sed 180. gra. pro aspectu oppositiõis. Quod si ipse planeta cuius nolueris radios & aspectus fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum pro quibuslibet 15. gra. arcus ipsius aspectus quem addidisti super ascensiones praedictas transeas unum circulum horarum. Et uide in quo circulo cadũt aspectus & radij ipsius planetae, & in eodem quaere ascensiones, quae tibi prouenerunt ex additione arcus aspectus super ascensiones ipsius planetae. Et uide quid est in directo earum de gradibus circuli signorum, quia illuc extenduntur aspectus & radij ipsius planetae, si fuerit in aliquo circulo angulorum uel horarum ut dictum est. Sed si non fuerit in aliquo circulorum praedictorum, sed fuerit inter duos circulos, tunc similiter pro quibuslibet 15. gra. transeas unum circulũ, & q̃ tibi ex additione praedicta ꝓuenerit, quaere in circulo horae pfectae, & scias qd est in eius directo de circulo signorũ & serua. Deinde differentiam ascensionum, quae fuerit in eius directo multiplica per minu. horae imperfectae, & quod inde prouenerit, diuide per ascensiones correspondentes uni gradui circuli signorum in parte extensionis radiorum, & quod inde ex diuisione ꝓuenerit adde super illud quod seruasti de circulo signorũ si ascensiões praedicti circuli horae perfectae fuerint maiores ascẽsionibus circuli horae immediate sequentis, uel ab inde minue si fuerint minores, & habebis quo de circulo signorum extendẽtur

aspectus & radij sinistri ipsius planetæ cum fuerit inter duos circulos, Vel aliter considera per æstimationem rudem, & cōiecturam tuam gradum perfectum circuli signorum ad quem extēdū tur aspectus & radij ipsius planetæ, cuius radios & aspectus quæris, & differentiam ascensionum quæ fuerit in directo prædicti gra. æstimatiōis & coniecturæ tuæ, multiplica per minu. horæ imperfectæ, & cætera facias pro ut dictum est in capitulo præcedente, pro sciendo quo de circulo signorū perueniet directio significatoris dirigendi in aliquo annorum, & habebis quo de circulo signorum extendētur aspectus & radij sinistri ipsius planetæ cum fuerit inter duos circulos. Quibus scitis faciliter scire poteris quo de circulo signorum extendentur aspectus & radij dextri eiusdem planetæ, quia semper in oppositione aspectuum & radiorum sextilium sinistrorum alicuius planetæ cadunt aspectus & radij trini dextri eiusdem planetæ, & in oppositione aspectuum & radiorum quartorum sinistrorū cadunt aspectus & radij quarti dextri, & in oppositione aspectuum & radiorum trinorū sinistrorum cadunt aspectus & radij sextilis dextri. Et in oppositione ipsius gra. planetæ cadūt aspectus & radij oppositionales. Modum autem inueniendi ascensiones correspondētes uni gradui circuli signorum in parte extensionis radiorum, scire poteris ex his quæ dicta sunt in capitulo præcedenti.

Capitulum octauum. De ampliori utilitate & sufficientia prædictarum tabularum ad plura climata.

QVamuis autē prædictæ tabulæ sint cōpositæ ad nostrū clima in quo prolixior dies est, & similiter plixior nox est horarū 15. minu. 27. ferè, possunt etiā sufficere ad alia plura climata, ppter q̄d sciendū est φ quāmuis in cōpositione pdictaꝝ tabularū cuilibet circulo horarum facta sit una tabula ascēsionū possumus tamē omnia superius dicta de directiōibus & aspectibus & radijs exercere cū ascensionibus triū circuloꝝ tm̄ uidelicet, medij q est circulus meridiei & mediæ noctis, & duoꝝ extremoꝝ, quoꝝ

alter

alter, scilicet sinister est circulus horyzõtis orientalis, alter uero scilicet dexter est circulus horyzõtis occidẽtalis, qui tamen am bo in rei ueritate sunt unus circulus, cuius altera medietas est in oriente, altera uero medietas est in occidente, operando penitus per ascensiones horum trium circulorum, sicut operabamur in capitulis præcedentibus cum ascensionibus circulorum horarum. Redditur tamen hæc operatio aliquantulum difficilior, & maxime quantum ad extensionem radiorum & aspectuum, & quantum ad sciendum quo de circulo signorum perueni et directio significatoris dirigendi in aliquo annorum. Sciendũ est etiam quod ascensiones circulorum horarum, quæ describun tur in istis tabulis conueniunt & deseruiunt sex climatibus, quæ se extendunt adinuicem successiue in prolixitate longioris diei seu longioris noctis per 34. min. & semis, ex quo sequitur quòd cum circulus medius qui est circulus meridiei & mediæ noctis, deseruiat regioni & climati in quo dies & noctes semper æquantur, & in quo dies & noctes semp sunt 12. horarum æqualium, quòd duo illi circuli medio altrinsecus immediate circumpositi deseruiunt regioni & climati, in quo prolixior dies addit supra diem æqualem 12. horarum æqualium 34. minut. ferè. Et quòd alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequentes deseruiũt regioni & climati in quo prolixior dies addit super diem æqualem horam unam & minu. 9. Et quòd alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequentes deseruiunt regioni & climati, in quo prolixior dies addit super diem æqualem horã 1. & mi. 43. ferè. Et ꝙ alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequẽtes deseruiũt regioni & climati in quo prolixior dies addit super diem æqualem horas 2. & minu. 52. ferè. Et quòd alij duo circuli hos altrinsecus immediate sequẽtes deseruiuut regioni & climati nostro in quo prolixior dies addit super diem æqualem horas 3. & minu. 27. ferè. Sciendum est etiam quòd sicut ascensiones prædictorum climatũ uariantur & diuersificantur ab inuicem, ita differentiæ ascensionum quibus circuli horarum se in eisdem excedũt uel excedũtur uariantur & diuersificantur ab inuicem,

unde differentiæ ascensionum quæ describuntur in tabulis istis solum deseruiunt regiõi & climati nostro, uidelicet sexto climati ex prædictis climatibus. Sed si uolueris differentias ascensionũ circulorum horarum immediatorum in alijs climatibus, scias q̃ simplices sextæ prædictarum differentiarum ascensionum descriptarum in istis tabulis deseruiunt primo climati ex climatibus prædictis, duæ uero sextæ earundem differentiarum deseruiunt secundo climati, tres uero sextæ deseruiunt tertio climati, quatuor uero quarto & quinque quinto, totæ uero differentiæ deseruiunt climati sexto & nostro, sicut dictum est supra. Cum igitur dirigere uolueris & extẽdere radios & aspectus in aliquo ex dictis climatibus sit operatio tua cum ascensionibus circuli merdiei & mediæ noctis, & cum ascensionibus duorum circulorum scilicet horyzontis orientalis & horyzontis occidentalis illius climatis, & cum differentijs ascensionum illi climati deseruientibus. Sed si uolueris ascensiones circulorum horyzontis orientalis & horyzontis occidentalis in septimo climate in regiõe uidelicet in qua prolixior dies addit supra diem æqualem horas 4. & minu. 1. minue differentias ascensionum quæ describuntur in tabulis ab ascensionibus circuli horyzontis orientalis, & easdem super ascensiones circuli horyzontis occidentalis adde climatis sexti & ultimi ex climatibus p̃dictis seu climatis nostri, ad quod prædictæ tabulæ sunt cõpositæ à principio signi Arietis usq; ad finem signi Virginis sed econuerso à principio signi Libræ usq; ad finem signi Piscium adde prædictas differentias ascensionum super ascensiones circuli horyzontis orientalis & easdẽ minue ab ascensionibus circuli horyzontis occidentalis eiusdem climatis sexti. Si uero uolueris differentias ascensionum eidẽ climati septimo deseruientes, adde super quamlibet differentiam ascensionum descriptarum in tabulis prædictis su[illegible]m sextam partem. Et habebis differentias ascensionum inter duos circulos horarum immediatos in eodem septimo climate. Sed si per istas tabulas scire uolueris ad aliquam aliam regionem differentias ascensionum cuiuslibet gradus circuli signorum inter

duos

duos circulos horarum immediatos, scias superfluum prolixioris diei super diem æqualem in illa regione. Et illud multiplica per differentias ascensionum cuiuslibet gra. descripti in fine tabularum uersus dextram à principio signi Arietis usq; ad finem signi Geminoꝝ. Et quòd ex huiusmodi multiplicatione prouenerit diuide per superfluum prolixioris diei super diem æqualem in regiõe ista ad quam compositæ sunt prædictæ tabulæ, q̃d superfluum est horæ 3. & minu. 27. ferè. Et quicquid ex hac diuisione exiuerit serua, quia inde exiuerint differentiæ ascensionum cuiuslibet gr. inter quoslibet duos circulos horarum immediatos in illa regione à principio signi Arietis usq; ad finẽ signi Geminoꝝ. Sed cum notæ tibi fuerint differentiæ ascensionum in aliqua regione inter duos circulos horarum immediatos omnium graduum qui sunt à principio signi Arietis usq; ad finem signi Geminoꝝ, habebis noticiam differentiarum ascensionum omnium graduum aliarum quartarum. Et hoc quia differentiæ eædem ascensionum sunt à principio signi Libræ usq; ad finem signi Sagittarij, quæ sunt à principio signi Arietis usq; ad finem signi Geminorum. Similiter quæ differentiæ ascensionum sunt à principio signi Arietis usq; ad finem signi Geminoꝝ & à principio signi Libræ usq; ad finem signi Sagittarij, eædẽ sunt à fine signi Virginis usq; ad principium signi Cancri, & à fine signi Piscium usq; ad principium signi Capricorni procedendo contra ordinationem signorum. Si uero per easdem tabulas scire uolueris ascensiones circuli horyzontis orientalis, & similiter ascensiones seu descensiones circuli horyzõtis occidẽtalis in aliqua alia regione, scias differẽtias ascensionum cuiuslibet gradus inter duos circulos horarum immediatos per modum nunc præmissum in quacũq; regione uolueris, deinde quamlibet prædictarum differentiarum multiplica, & omnia producta ex dicta multiplicatione serua. Postea uero quod tibi prouenerit ex multiplicatione differentiæ ascensionum primi gra. signi Arietis, subtrahe de ascensiõibus circuli directi eiusdem gradus. Et similiter facias de cæteris productis ex multiplicatione differen-

tiarum ascensionum aliorum graduum usq; ad finem signi Virginis, sed quod tibi prouenerit ex multiplicatione differentiæ ascensionum primi gradus signi Libræ, adde ascensionibus circuli directi eiusdem gradus. E similiter facias de cæteris productis ex multiplicatione differentiarum ascensionum aliorũ graduum usq; ad finem signi Piscium, & habebis ascensiones cuiuslibet gra. in circulo hoyzontis orientalis in regione illa, ad quã operatus fueris. Sed si econuerso feceris, scilicet, addendo producta, & à principio signi Arietis, usq; ad finem signi Virginis ascensionibus circuli directi cuiuslibet gradus, & ipsa ab eisdẽ subtrahendo à principio signi Libræ usq; ad finem signi Pisciũ, habebis ascensiones seu descensiones cuiuslibet gra. in circulo horyzontis occidentalis. Sed cum notæ tibi fuerint ascensiones circuli directi, & etiam sciueris ascensiones cuiuscunq; regionis uel climatis, uolueris per modum nunc dictũ uel per alium, faciliter componere poteris tabulas directionum & aspectuum ad regionẽ & clima quodcunq; uolueris p modum quo docemur superius in quinto capitulo.

FINIS.

APHORISMI

ASTROLOGICI LVDOVICI DE RIGIIS, ad patriarcham Constantinopolitanum.

I

IVDICIA rerum futurarum non dantur, nisi expertis in esse planetarum suorum temporum, ex uirtute tamen innata eorum. Errant quippe, qui ex solo aphorismo iudicia pronunciant. 2

Mutata sunt loca stellarum fixarum augiumque, mutanturque cottidie, nec uultus cœlestis aliter existens est. 3

Non certificādum est de esse alicuius planetæ, nisi prius de dispositoribus loci illius te certificabis in esse mali, & tam exaltationis, quàm dominij. 4

Paruum euentum demōstrat planeta, si aliter significauerint dispositores in esse boni uel mali. 5

Leuem facit natum Mercurius in domibus Martis. Si Mars in Scorpiōe & Sol in Ariete, non extiterit ibi Mercurio existente, siue si ambos fortes, & in bono esse fortunarum non iudicaueris, hoc diximus de Mercurio. Nam magis uniuersalis planeta & ad transmutationem naturæ suæ necest. 6

Remouent significatores siue dominatores loci iudicium planetæ quāuis in aliqua parte ipse ad tempus naturā demōstrat. 7

Dominus horæ in omnibus formis figurisque considerandus est ac dominus loci coniunctionis qui anauba dicitur * Sunt quidam gubernaculum rei quæsitæ, uelut qui dux magis potens & fortis figuræ est. 8

De esse temporum radix demonstrat, uelut reuolutio de esse solus temporis. Ideo multum consideranda est reuolutio, nec spernenda, Et quando ipsa cum radice discordat, nam fortior est radix, sed uelocior producit effectus reuolutio, ideo reuolutiones timendæ sunt & rimandæ in omnibus, cum maxime se concordant

cordant

cordant cum eclipsationibus sui temporis in quibus uis est coelestis occulta, & non in omnibus intellecta, eo magis de illis siue illorum qui debiles in radicibus luminaria habuerunt, uel luminare eclipsatum in reuolutionis anno. Remouentur etiã quãdoq; effectus directionis in esse boni uel mali à forti reuolutiõe & contra conuertuntur. Ideo astutum esse oportet in iudicijs reuolutionum, qui iudicia pronunciat. 9

Magna reuolutio est illa, quæ confortata est abebenijs primæ magnitudinis & existentibus in latitudine zodiaci, siue ab illis existentibus in cenith capitum nostrôrum uenit effectus. Maiorq; cum significator principalis cum illis manserit. Maxima uero quando cum istis stellis zodiaci erit latitudo nec longitudo ulla. 10

Mouet homines ad idem reuolutio quãdo significator rei ad locum eundem suæ radicis reuertitur. Et tanto magis durabilior est res significati, quanto figura reuolutionis fortior cum figura radicis configuratur in esse rei promissæ. 11

Non trades iudicium de forma, si prius non Solem considerabis, nec de qualitate & accidentibus si non Lunam. Quia per Solem formam, & per Lunam materiam habemus, postquã misces iudicia aliorum significatorum experimentorumq; tuorũ non post ponendo regiones situs & loca natorum generationes progeniesq; eorum. 12

Natiuitates quæ in apparitione cometarum erunt habentes angulum ascendẽtis illius siue medij cœli signi in quo uis cometa apparuerit & dominus domus & dominus exaltatiõis fortis illius anguli erit. Natis indicabunt aliquid aliud singulare, maximũ uenturum ultra significatum propriæ figuræ, & si ciderit illud signum in ascendẽte, & cometa habens motum uehemẽtem in decima siue in hemisperio, regem significabit uenturum esse. Si in nona maximum pontificem, si in undecima ductorẽ a gẽtium. Et si hoc solum fortunæ disposuerint sine damnatione infortuniorum, affirmandum est aliquid diuum ex illo esse uenturum, fortificanturq; significationes cum prope cingulũ zodiaci

aut in

aut in linea cenith capitum nostrorum apparuerint. 13

Mutātur regna & dominia fides sectæq; ac opiniones hominum, dū mutantur auges planetaꝝ de signo in signum dico illaꝝ gentium, quarum significator erit planeta augis permutatæ. Mutatioq; erit ad bonum uel ad malum secundum naturam significatorum cōiunctionum superiorum illorum temporum & secundum naturam signi mutationis. 14

Durationes effectuum prophetarum erūt secūdum annorum maximoꝝ illorum significata. Si fortes extiterint in natiuitatibus eorum miscēdo datum domini domus & domini exaltationis una. Si debiles uero quamuis illi boni essent, tamen tempus breue designat permanere leges & dicta eorum. 15

Nunquam erit propheta fidelis nec pontifex, siue dux ecclesiasticorum, qui Saturnum retrogradum habuerit in nona uel in ascendente, quanquam omnes formæ bonorum essent in significatoribus cæteris tam in secūdis quàm in erraticis stellis, nec credendum est uerbis eorum, sed fugiendi sunt. Magna res est retrogradatio infortunarum, peiorq; extra domum suam, Pessimaq; in loco in quo nullam habet dignitatem existentium in istis duobus locis. 16

Vehemens in deum trahit caput in cuspide hemisperij, magisq; dum dispositor loci fortis ex dignitate & angulo extiterit, maximeq; quando Iupiter cum ipso erit parua latitudine & in domibus suis, siue exaltatione sua, ij sancti sunt & annexi uirtute specifica deo ex uentribus matrū. Hoc idē facit in ascēdēte, sed non tanti nominis & gloriæ. 17

Fœcunditas in prole designata ex dispositione quintæ nulla aduersitate infortunarum ibi disponentium siue radiantium existēte, & religio siue ducatus ecclesiasticorum raro, siue nunquā in uno subiecto assignandæ sunt, si uero religio & honestus ducatus fuerint assignanda, transit uirtus prolis siue quintæ in adoptiuos uelut pater multarum gentium & pater patriæ. 18

Dico ego quòd Mercurius in Ariete extra radios Solis, siue incombustus ibi Sole existente forti, fortiq; Mercurio sine in

u fortu

fortunio Martis, si in medio cœli extiterit facit uirum supremi ingenij se ipso acquirentem scientiam, & forte si in ascendente Leo, & in secunda tenens gradum erit, poterit ex acumine ingenij ex auri fonte aqua dulcissima manare, agilitatem'q; dat in scientia stellarum, non tamen appreciati nominis est, nec ideo in bellicis * ut multi iam affirmarunt. Mercurius quidē per se planeta debilis est, tamen confortatur & transmutatur in alterius naturam per dispositionem & essentiam. Transmutatio uero optima est, si cum optimo transmutatur. Hanc quidē solū demonstrat ingenium nati in tempore partitionis sui dispositoris secundum naturam suæ essentiæ, magis quàm ante hoc tempus, in domo quidem propria, etiam ab incunabulis signum demonstrat. 19

Ille nunquam auarus fuit, qui non ex infortunis uel ex domibus infortunarum significatum habuerit suarum diuitiarum. No* auarus fuit qui ex Sole uel Luna significatum diuitiarum habuerit. 20

Natiuitas non laudanda est, si fortior fuerit dominus duodecimæ domino ascendentis, non apprecianda est natiuitas, quando nullam dispositionem dominus ascendentis debilis de domino duodecimæ habuerit. Natiuitas paruipendenda est, quando dominus duodecimæ disponit dominium ascendētis debilem, ipseq; fortis trahens ad se dispositionem formæ siue figuræ. 21

Nunquā te ipsum iudicabis, magis potens est amor q̄ forma planetarum. Iudicia tui cōmenda perito magis natura quā arte, consilio periti huius scientiæ quiesce, si septimam ipse non impeditam ab infortunis habuerit. 22

Non confides dare iudicium de uita siue alchocoden per iudicia domini domus hylech, Si prius non consideraueris dominū exaltationis. Vidi quidem Lunam in Piscibus hylech iunctam Ioui parua distantia in cuspide anguli quamuis septimæ, & mori ante finem octaui anni, Venus quidem in Scorpione fuit. 23

Planetarum aspectus non habentium latitudinem, sed manētiū in linea ecliptica, gradus ipsius ecliptice accipiendi sunt in eorum

eorũ aſpectu,illi uero qui diſtant ſiue declinãt in ſeptẽtrione uel in meridiei aſpectus eorum erit diſtantia ſuorum centrorum uni us ab altero * quæ diſtantia non cum gradibus eclipticæ correſpondet,niſi æqualiter eſſent in latitudine una, oppo ſitiones uero iſtorum tam exiſtentium in ecliptica quàm haben tium diuerſas latitudines,uidelicet,unius ſeptentrionalem alteri us meridionalem æqualiter in gradibus & minutis oppoſitiões ueræ ſunt. Sed ſi omnes declinant in una parte ſiue latitudine ali qua diſtãtia, quamuis ſint in gradibus oppoſitis,tamen inter ſe nulla eſt oppoſitio, ſi diſtantia erit maior ab ecliptica quàm cor pus planetæ, & hoc accidit quando nullus effectus oppoſitionis apparet, propter; ut diximus :eorum latitudines. 24

Oppoſitiones uero infortunarum in diuerſis latitudinibus ter ribilis erit effectus earũ, demonſtrabunt inducẽtq; effectus uelo citer interficientes & auferentes uitam, ſiue dum alter duorum diſpoſitor domini aſcendentis fuerit ſiue non, dummodo autoritatem in octaua habuerit, non tamen inducunt effectus, ſi leui or iam receſſerit ab oppoſitione, quamuis paucis gradibus, ſed timorem & extremum periculum inducunt. Alleuiant hoc malũ in parte, aliquando in totum,ſi Capricornus aſcendẽs fuerit ad iutorio tamen infortunarum manu tenet gradũ aſcedentẽ. 25

In omni re, potiſſime in omnibus natiuitatibus imagines aſcendentes in horizonta conſiderabis,quia in animis earum effe ctus ualde imprimuntur maxime dũ erraticæ cum ipſis aſſimilã tur in natura & in forma, & quando cum ipſis faciunt, idemq; ſtellæ fixæ primæ magnitudinis exiſtentes in latitudine zodiaci ſimul,& una aſcendentes cum ipſis, eſt quidem iudicium harũ occultum,nec uidi his temporibus noſtris aliquẽ,qui ad hoc uer teret ingenium. 26

In omni eſſe anni cum Mars fuerit in ſignis humanis maxime in Virgine tempore quo Sol erit in Scorpione. Si Mercu rius dominus loci Martis & Venus quæ exaltatur in oppoſito retrogradebuntur in Scorpione. Morbum crudeliſſimum eſſe deſignat,potiſſime in illis locis,in quibus erit uel Virgo uel Scor

 pio,

pio, uel Pisces in ascendente suarum radicum. Idē faciunt Gemini & Sagitarius, si Iupiter combustus in hac figura associatus erit. 27

Vtrum oppositio diametraliter duarum infortunarum, ut diximus interficientium & auferētium uitam fortior est Sole, ipso hylech existente, & alchocoden in cuspide digniorum angulorum, ad huc incertum est nostris experimentis. Ratio tamen & uis naturæ cum Sole est, tamen tale esse oppositionis timendum est. Magnus quidem tygris in modica thyriaca. 28

Signa æquinoctialia & tropica sunt ascendentia regnorum mūdi per ea quæ imperia eorū principia habuerunt & fundamenta earum urbium ciuitatesq; cæteræ, quo in principio suarū ædificatiōum ex istis habente in ascendente, omnes imperio proprio conantur dominari, regereq; se discordieue regnornm propter oppositiones signorum suarum ædificationum sunt, nec unquā inter hos homines concordia est, quamuis debilior à potentiori funditus diruatur dominaturq;. 29

Diuisiones & intestina bella eorum eueniunt, quia quodlibet signum istorum dominium domus habet, & dominiū exaltationis non unius naturæ siue temperiei, ex hoc ut plurimum terminant in crudelitate & sanguine per intestina bella, si non ante à potentiori, uidelicet ab opposito eorum signorū diruantur, minus in hoc nocet Cancer. 30

Imperia & reges eorū sunt ex signis medij cœli, siue ex signis, nonæ eorum, uel ut religiones fidelitatesq; iusticiæue ab istis duobus locis sunt, nec in hoc te immemorem esse uolo, quòd urbs Romana à Capricorno & religio Romanorum à Libra assumpserint principium, uelut Aphrica à Cancro & religio eorum à Piscibus orta est. 31

Sunt amicitiæ & concordiæ regnorum, id est, unius cum altero aut ab aspectibus eorum ascendentium amicitiæ aut concordia naturæ suorum dispositorum, uel à quadam forma substantiali suarum figurarum terminante in uno complexu. 32

Nunquam iudicia ascendentis dimittes, si etiam ultimum minutum

nutum figni afcenderit nunquam obliuifcaris de figno partici-pante in afcendentis partitione, quamuis alter fit afcendens in cufpide, nunquam immemor eris de natura mixta duorum figno rum participantium in horizõta, eft eademq́ ratio in omnibus difpofitoribus fuis. 33

Coniunctio duorum fuperiorum in terminis Saturni boni a-fpectus luminaris temporis & difpofitoris fi in prima ceciderit cum aliquo afpectu Mercurij directi uelocisq́, demõftrabit na tum fupremi ingenij profundæq́ memoriæ, & fummæ imagina tionis & contemplationis. Si in decima famofum dominiũ uel magifterium tenere fiue habere, unde fic in omnibus locis circu li fiue participationis defignat natum ab illis præeminentẽ in fignificatione illius particionis effe. 34

Raro fiue nunquam fublimantur homines quamuis uilis pro geniei reputentur fiue apparent, fi non ab radice aliquorũ præ-teritorũ habuerint figuræ eorum exordium fiue radicem uel con cordiã, & fi aduenerit aliter, non finem bonum nec famofum, qd dignũ exiuerit ex eis. Nam formæ cœleftium corporum, nõ in uno ictu, ut ita dicam, aliquid perfectum deducunt. Genera & fpecies habent dignitates, uirtutes & mores, ex quibus caufan-tur indiuidua earum quæ à longe in prope defcendunt uirtute uultus cœleftis fecundum formam & regulam omnium caufato rum & indiuiduorum ex propria radice fiue genere. 35

Diuifæ funt generationes hominum per coniunctiones fupe riorum, maiores mediæ & minores fecundum quòd magis in u-no indiuiduo quàm in alio defcendunt per participationem fu-arum figurarum, unde fupremi digni, & communes homines affumpferunt ab illis naturam conditionis, deinde per tempora rotantur fecundum hanc difpofitionem & tranfmutationem fi-gurarum corporum cœleftium. Cum ergo ex aliquibus iftorum generum erit figura nati configurata cum formis fuorum principiorũ, renouatur illico, illa fublimitas & gloria illius pri-mæ demonftrationis, fecundum ut diximus naturas trium con-iunctionum fuperiorum diuidentiũ fpecies qualitatum hominũ

in tribus. Sunt uere filij dei, qui à maxima coniunctione descenderunt siue originem traxerunt, non hic de horoscopo ut in libro de ciuitate narrat, uno in conuenienti dato plura sequũtur. 36

Deteriorantur genera hominum per transmutationes illarũ magnarum, cum succedentes inimicabiliter configurantur cum figuris præteritarum, unde una rota ascendunt & descendunt, quæ perpetuo nec uno esse, nec una forma rotantur. 37

Electiones regum de hora intronizationis, aut de hora prælij uel de obsidione urbium, fac configurare cum radicibus suorum regnorum, aut cum radicibus coniunctionum superiorum propinquis à suis primis progenitoribus & cum radice propria. Sed si non cum figuratione bonam inueneris in tuis temporibus magis fac, ut concordes cum radice sui regni, siue suorum primorum quàm cum cæteris figuris. Tamen si unam formam uniuersalem conformem his radicibus optima conformitate nõ dubites de uictoria & gloria harum electionum. 38

In octaua Solem nunquam accipies pro hylech, nec dispositorem pro alchocoden, quia nulla uita nec tempus ab eorum effectibus descendunt in indiuiduis, quia in loco mortis, non uita assignanda est, quanquam respicerent ascendens trino. Casum magnum uitæ est partitio octauæ, & nulla spes uitæ in ea est. 39

Similiter regna uel ædificationes urbium regnorum Sole existente in octaua modice durationis sunt, & id quod in ædificationibus assignamus idem de intronizationibus. Cauendum est igitur in omnibus rebus uel figuris, ut non in octaua Solem ponas, si per electionem durationem temporis esse desideras. 40

Nulla diui[illegible]o circuli tã pessima tamq; crudelis in omnibus q̃ octaua est, bene ergo fecerunt qui de fortificatione octauæ per fortunas scripserunt illis qui ad aliquem locum se transmutant caussa lucri, siue utilitatis. Sed equidem pessimum erit, si in [illegible]roe undo ibi Solem cũ suo significatore damnaueris, nõ reuertitur ad patriam si hoc acciderit. 41

Nullum lucrum ab octaua habebis, nisi ex mortuis aut à mulieribus

tribus tuis, quia secunda à septima est mulierum nullum lucrum ab octaua inuenies nisi dominus octauæ in secūda tua erit & tamen fortuna, nullum lucrum inuenire posses, nisi dominus ascē dentis & dominus octauæ configurationem bonam secundum rem quæsitam tuam habuerint. 42

Dico ego. Nunquam gloriam & excellentiā completā habebis à Sole, nisi in his tribus locis, uidelicet, in prima in decima atq; in nona. In his tribus ex uirtute specifica aliter infundit excellentiam propriam, quàm in alijs angulis uel locis. Ideo in omni natiuitate in qua Solem inuenies, in locorum uno istorum trium, prudenter ipsam considerabis, nam iudicia Solis non sunt obliuioni mandanda. 43

Quantum nobilior est ignea triplicitas triplicitate aquea, tā tum dignior est aerea triplicitas triplicitate terrea. Ideo cum uideris tres planetas fortes in triplicitate ignea, non festines iudicium, nec idem tradas in rebus paruis, & maxime si Sol & duo de superioribus in ipsa triplicitate mānserint. Idem'q; ut diximus Si tres in aerea triplicitate cum Mercurio manserint, de ingenio & sublimitate scientiæ certificabis tuo iudicio præeminentes, & enim sunt hæ duæ ab alijs duabus, prima quidem in celsitudine & gloria, secūda uero in bonitate & ꝓfunditate ingenij. 44

Cum superioribus nunquam iudicia de paruis rebus trades, cumq; inferioribus de rebus magnis, uilescunt tamen superiores per dispositionem inferiorum, uti magnificentur & amplificentur uirtutes eorum, inferiores per superiorū dispositionē. 45

Manent uirtutes & significata erraticarum, si non cōbustas & retrogradas has stellas inueneris, bona uero deteriorātur, mala'q; amplificantur, quando in his figuris & tali esse dispositæ sunt. 46

Omnes figuræ quæ fuerunt uel sunt in tempore transmutationis augis sui significatoris aliquid aliud dignum additum est præter significatum propriæ figuræ. Considerare ergo sapienter has transmutationes in omnibus iudicijs, in omnibus formis'q; necesse est. De his autem in alijs mentionem fecimus. 47

Subli-

Sublimantur rerum supernarum significata, quando per angulos aut per significatores fortes sunt fortificata. Si fortificans erit fortuna, siue infortuna redacta ad naturam fortunæ & contrarium iudica, si contra has dispositiones inueneris. 48

Iudicia nostra non tibi tãquam legem tradimus, sed ut sis memor in figuris & accidentijs corporum superiorum. Iudicia nostra non te necessitant, sed futura demonstrant. Iudicia nostra satis prosunt, si cum natura & arte ipsa amplecteris. 49

Nõ credas precise, inuenire tales figuras, quas scripsimus, sed prope & similes his. Constitue te ergo inter has & illas medium uelut iudicem peritum à natura & arte. 50

Labora in addiscẽdo alia uniuersaliora, posteaꝗ nostra considera, labora in cognitione multorum anthorum, deinde iudicia nostra iudica, labora, rimare quæ in alijs dicta sunt, in finemꝗ nostra non obliuiscaris.

☞ Pars secunda.

51

Post cognitionem authorum in experimẽtis si studeas, te certificabis in natura rerũ, sudare te oportet, si peritũ in hac re te esse desideras. Tempus eñ studiumꝗ simul & natura ad optimũ unum inducit addiscentem. 52

Fortificabis tua significata, si de loco uili indignum te transferes. Nan non effectus nobilis figuræ agnosces, si in locis in quibus exaltantur homines secundum legem eorum locorum manseris, dum lex numerat subleuandos. Liber quidem hoc diuum cœlum est, tu quidem uero cum libris ingenium asuesce. 53

Credere noli figuras cœlestes totaliter effectus habere, nisi tu sapiens adiuuabis ipsas. Sapiẽs adiuuare potest cœlestes formas, uelut prudens agricola terram per culturam agri, effectus tamen inest semp temperato iudicio. 54

Erit quidem agricola cum cœlestem formam optimam ha[illegible] erit maior in rure suo, uelut ciuis, idem ferme in ciuitate. Filius uero principis Dux, siue Rex suarꝫ gentium, mutanturꝗ hæc ad altiorem

altiorem locum, si ad loca apta nata ad rem trāsmutantur. Ideo ex una forma multotiens diuersa procedunt iudicia, de hoc autē in alijs diximus aphorismis. 55

Non solum per reuolutiones annorum ciuitatis uel mūdi aut sectæ cognitionem futurorum habueris, oportet enim directiones ipsorum principiorum considerare. 56

Intestina bella & discordiæ ciuitatum per ascendentis directionem & gloriam & dominium per circulum directum consideranda sunt. Habent enim maximum effectum, quando directiones cum reuolutionibus concordant. 57

In qualibet reuolutiōe ciuitatis uel regni, in qua signum ascēdentis ceciderit in partitione octauæ, & directio illius temporis ibi in octaua existens, & Mars, crudelissimas esse discensiones & effusionem sanguinis in illa iudicandum est. 58

Mouentur noua mala in ciuitate, quando directio peruenerit ad quadraturam, uel ad oppositiones infortunarum peioraq; quando ad ipsas infortunas directio peruenerit retrogradante, infortuna non existente significatrice in radice illa, scilicet, ascēdentis ciuitatis, nam suis non tantum nocet. Pessimum omniū si directio ad ipsas infortunas simul cum ipsis & ascendente, ut diximus in locis timendis ciciderit, & maxime in octaua. 59

Figura natiuitatis erecta per instrumentum siue per astrolabium, & si discordauerit cum aminodar tenenda est pro radice, tamen iterum dirigenda est secundum locum aminodar, & ambabus utere in reuolutionibus, ut per accidentia annorū te certifices in fortiori hora dico quādo distantiæ sunt non paruæ atq; notandæ, cum mutantur facies uel signum. 60

Directiones etiam fiendæ sunt per gradus æquales, uel ut de parte fortunæ, ut magis rimatum iudicium perueniat, quanquā omnimodæ non admittendæ sunt directiones antiquorum iam superius descriptæ, considerandæ etenim sunt utræq;. 61

Fortior est figura reuolutionis aut radicis quàm fridariæ descriptæ & diuisores à multis si simul contrarientur. 62

Nullus effectus siue paruus à reuolutione, uel ab alijs significa

x toribus

toribus erit, quod non primum à radice habeat exordium. Iam in primis de hoc patefecimus quare summa diligentia radices cõsiderandæ sunt. 63

Vniuersaliores homines sunt habentes erraticas stellas in diuersis partitionibus quàm adunationem earum plurimarum in una. Sed ij quidem in una re, siue in re illa illius partitionis magis præeminentes erunt, dicimus hoc cum in esse bono erunt utræq; formæ. 64

Fundamentum principale in reuolutionibus annorum mundi, est introitus Solis in primum punctum Arietis, porro multa necessaria ad hanc inquisitionem sunt, & scientia multorum experimentorum & cognitionum superiorum præteritorũ temporum & magnarum eclipsationum profectionumq;. 65

Natiuitates quæ bonæ configurantur cũ figuris annorũ mundi siue reuolutionibus annorum mundi existente bono esse, indicant nato præeminentiã ab alijs, et potissime si Solem nõ extra principium Arietis habuerit. 66

Natiuitates quæ configurantur cum propinquis figuris duorum superiorum coniunctionũ, & maxime cũ illis quæ fuerunt in mutatione triplicitatis in triplicitatẽ, deducũt natos in famã eorum temporum. 67

Natiuitates quæ configurantur cũ coniunctionibus Saturni & Martis & triplicitate ignea, uel in Capricorno deducũt uiros ad animositatem & ad arma magis quàm in alijs locis siue triplicitatibus. Et si cum hoc Iupiter Solq; configurentur, deducunt ad principatum militiæ, & ad ducatum armorum strenue summaue fœlicitate. 68

Natiuitates quæ Solem cum uno trium superiorum coiunctũ essentialiter, & sine latitudine planetæ illo eclipsato à Sole sic in corde habent, ad altum gradum demonstrant peruenire natos, si fortes in uno dorum digniorum angulorum extiterit, uel in gaudio Solis, secundum tamẽ naturam cui coniunctus Sol erit. 69

Cauda in secunda una cum Luna uirum facit dispensatorem substantiæ suæ secundum naturam tamen illius planetæ, qui signo

ſigno dominabitur. Idemq; Mars in ſecunda, & Sol ſiue cum cauda ſiue non ſint, ſed hoc dictum eſt, dum Mars uel Sol extra domum uel exaltationem ſuam erit. Vnus quidem in locis proprijs per rapinam & auariciam deſignat ſubſtãtiam, alter cũ honore et laude acquirit, quanquam delectatur ſemp in dando ut alter in diſpenſando proprio appetitu, ſed nunq; ſic diſpoſiti paupertatem deſignãt. 70

Non ſolum per ſecundam proſperitates ſiue diuitias iudicabis: Sunt quidem dona, magiſteria & dominia, quæ per ſecundã non iudicantur. Pars uero fortunæ etiam ſignificationem propriam habet, dico de illa quæ die noctuq; à Sole in Lunam dirigitur, affluere proprias diuitias & aſſignare facit. 71

Per decimam ſolũ de dignitatibus pacificis & honoribus non præſumas tradere iudicium niſi prius Iouem conſiderabis. Porrò ipſe per bonitatem ſuæ naturæ propriæ has infert. 72

Si Dux natiuitatis Iupiter erit, ſiue diſpoſitor totius fortisq; ex angulo & exiſtentia, pium, iuſtum, uerum, fidelem iudicabis natum uenturum nullæ pœnitus indigentiæ uictus, & hoc contra faciunt infortunæ malæ diſpoſitæ. 73

Luna in Ariete in octaua indicat calidam infirmitatem in capite & in pectore non euadet, in principio ægritudinis, ſi in hac diſpoſitione fuerit nonq; perueniet ad decimam nonam diem. In natiuitatibus uero ſi ipſa erit luminare tẽporis in hac figura non longæuum deſignat, ſed potius mori ante completam iuuentutem, ſiue ante ætatẽ effuſionis ſpermatis ſiue ſeminis. 74

Mora in utero matris maior, non ultra erit motum ſolis p nouem partes circuli zodiaci, uidelicet, à primo puncto effuſionis ſeminis uſq; ad horam exitus de uentre, ne credas hoc aliter eſſe ex curſu naturæ, quanquam quàm plurimi non hoc modo dixerũt, neſcio qua ratione, qua radice, quibusue experimẽtis, cur ſus quidem naturæ ſeruãdus eſt, & ratio Phyſica, Aſtronomica, ut demõſtrauimus in opere Practicæ huius cõpoſitæ noſtræ. 75

Maius impedimentum quàm eſſe poſſit in dandis filijs ſignificator in quinta retrogradus eſt, ſiue combuſtus, quod peius eſt,

pessimum quidem si erit infortuna. 76

Coniunctiões totius anni oppositiōesq; & quadraturas si de qualitate temporis iudicaturus sis, necesse est ut consideres. Per has autem causantur diuersæ transmutationes temporum. 77

Non obliuiscaris stellas fixas & gradus nonæ sphæræ immobiles, in quibus fiunt eæ coniunctiones & quadraturæ, uirtutes mansionum miscendo. 78

Effectus eclipsationis solaris in gradibus ascendentis reuolutionum natiuitatum apparet in illis recto reuolutionibus quæ ante horam eclipsis erant, nō transcendit effectus talis eclipsationis in quibus non est in hora, in qua fuit eclipsis sine determinato medio. Non sentit pondus, ut ita dicam, talis umbræ arbor uel semen, qui ad huc radicem non emisit; sed cum alterata sint ab eclipsi elementa, & ea quæ in reuolutione anni naturæ existunt siue esse debent alterantur. Alterantur'q; eæ quas diximus reuolutiones ab illis elementis alteratis, dum non fortem hylech habuerint radices, unde non immediatæ, qui tales reuolutiones habent, sed per talia alterata media alterantur. Vnde ad hoc fugienda sunt loca, in quibus effectus pestifer eclipsationis inest. 79

Cum in aere apparuerint uapores densi, uelut fumus directi in altum forma rotunda & longa, uel ut strictæ pyramides perpendiculares, sintq; erectæ in altum ascendentes, iudicabis cito terræmotus uehementissimos uēturos esse. Sunt enim uapores de natura Saturni in domibus Martis & potissime in Scorpione, erunt quippe terræmotus in illis partibus, in quibus uidebis illos uel longe parum à loco illo. 80

Non confidas de loco Martis per calculationem solam, sed per instrumentum & per * suæ coniunctionis cum altero planeta uel stella fixa * non adhuc rectæ inuentum est per tabulas uerum locum eius sine errore, quam pluries error in esse Martis. Magnum quidem est & maxime cum de coniunctione eius iudicaturus sis, uel quādo in corde Solis ipsum reputabis. 81

Coniunctiones aliquorum corporum cum altero, non per li neam

neam horizontis siue per ascensiones regionis assignantur, sed per lineam diuidentem zenith in duabus partibus transeuntem per utrosq; polos. Quare multotiens non coniuncti in horizõte uidentur, & uere sunt, instrumentum enim sphæræ solidæ faciliter hoc certificat. 82

Summa diligentia quære coniunctionem Saturni & Iouis p̃cise in minutis & secundis, & ultra si potes uel ut potes ut non erres in signo ascendentis eorum cõiunctionis hoc propter tarditatem motus Saturni. Sin autem aliter, incideres in errorem maximum. Sunt idem constituendæ coniunctiones malorũ in Cancro. 83

Magis uirtus stellarum fixarum septentrionalium funditur quàm meridionalium, causa uero est propinquitas cenith, & uirtutes quæ inter cenith & lineam uitæ sunt magis quàm inter hanc lineam & meridiem, propter uirtutem perpendicularitatis, nec fortassis uirtus est perpendicularitatis. sed innata & specifica uelut illarum quæ sunt in signis oppositis, & ipsæ inter se diametraliter oppositæ, quæ designãt æquales parallelos in ascensionibus suis. 84

Si aliquam rem uis facere uel formare, summa uirtute specifica apta quantum potes cum fortunis & cum figuris ad talem rem qualem uelis formam siue uultus cœli similem formæ siue rei fiendæ, nec discordare facies formam finis operis siue figuram cœlestem à forma principij, & si hoc erit mediũ idem erit. 85

Non semper in omni tempore quas quæris figuras cœlorum habebis. Tempus enim has inducit, porrò melius est per totum tempus uitæ manere quàm rem uanam componere. 86

Si festines apta formas ut diximus in compositione operabilium, sed in imaginibus fiendis tempus oportet ad rem quæsitã. Non aliquid est si perfectum non est, namq; non omnes uno tẽpore fuere, nec unam rem omnes fecere quanquã sciuissent. 87

Infortunis magis utendum est quàm fortunis, in rebus magicis si honestæ credimus esse, nec tamẽ uilipendes fortunas. 88

Res multæ sunt, quæ non uidentur ratione naturali esse, effe-

ctus quidem earum per formas superiorum corporum considerare possumus, habereq; eas, si in tempore proprio inuestigatæ quæsitæq; sint. 89

Nō modicam scientiā superiorū habere conuenit, qui multa ad effectum ducere uolunt, uelut ignis & malleū artifici, ita hæc scientia ingenioso necessaria est. 90

Quære cum ipsa sciētia Astrorum id quia necesse est in omnibus ea uti, quærere contingit multa qui hāc propriæ uim animæ didicerunt. Facient quidem multa qui à natura & ab arte ad illā ducti sunt. 91

In omni morbo Luna consideranda est, uelut Iupiter in omni gloria. Luna in opposito Martis morbos uenenatos inducit sicut in signis igneis, terminanturq; cito, & raro ad uitam Luna iuncta Marti in signis aereis & potissime in geminis incisionē ferri seu percussionem demonstrat. 92

Detestabilissimæ sunt figuræ infirmitatum, quando ambo luminaria in opposito duarum infortunarum ac utraq; malo aspectu. 93

Per applicationē Lunæ ad fortunas non dispositas ab infortunis uincitur natura morbi, per separatiōemq; ab illis, & applicationem ad esse infortunarum, causatur mors. 94

Fiūt q̃q; fortunæ infortunæ ī morbis qñ ipse morbus de natura fortunarū, siue de natura suarū significationū erit, et in hoc infortunæ fortunæ sunt, qa cōtraria cōtrarijs curātur effectibus. 95

Coniunctio luminarium in signis Martis, uel insignis humanis Venus Mercuriusq; ibi reteroga di morbos inducūt, terminantes omnino ad mortem, & si illa coniunctio erit in Ariete ducet infirmum extra mentem sine spe. 96

Mars in ascendēte hora infirmitatis in capite designat morbū siue in facie uel in aliqua parte capitis esse cognosciturq; p aspectum aliarum erraticarum, Infirmitas quidē erit ad mortem uel ad uitā secundū esse dñi ascendentis & Lunæ. Hæ uero significationes infirmitatum paruam moram siue terminum habēt. 97

Vapores accensi per aerem currentes siue in forma cometæ,

 siue

siue in alijs formis infirmitates calidas acutæq; naturæ designāt prælia'q; & discessiones regnorum & ariditatē fontium flumi numq; . Currētes uero hinc inde per omnes partes malum uniuersale demonstrāt, si in una magis quàm in alia, in illa erit magis significatum, sed si omnes igneitates in una parte discurrerint, in ipsa erit extremitas omnium malorum simul & fames. 98

Signa quæ uidentur in cœlo uel in Luna, aut cū alijs stellis quæ apparuerint extra motum & cursum naturæ, sed alio modo ut ita dicam, ignoto uelut cruces uel rotunditates circulares, uel sicut columnæ uel aliæ formæ, si horam consideralis in qua hæc apparuerint comprehendes certificabis'q; te in significatione harum, quamuis quod nunquam eæ eueniunt sine magna mutatione regnorum illius climatis in quo apparuerint. 99

Corpora monstruosa & portenta, quando ultra modum acciderint, hoc idem indicant, ut dictum est in in alio, hora'q; ipsorū consideranda est, nihil accidit, quod non à corporibus supercœlestibus designetur effectus. 100

Tempus omnium istarum rerum apparitionum quantum ad effectus earum cognoscitur per essentiam Saturni, per essentiā Iouis et per coniunctionē Martis cum ipsis & per retrogradationes eorum, directiones'q; atq; combustiones, nec non per eclipsationes maiorum, scilicet, Solis in Leone uel in Ariete quādo totum corpus notabiliter obscuratur.

Finit pars secunda primi libri.

Incipit

INCIPIT SECVNDVS LIBER.

101

P*Er alias hos quo egi quos noas appellaui, ſunt quidē cō-plementum non indignum aphoriſmorum noſtrorum, ut ſecundos in opuſculo hoc poſuimus quod tibi domino digniſſi mo meo dedicaui. Nam & iʼj à te uidendi erant, quanquam cū iſtis iudicia probaui multa, ego quidem hos humanos ſiue man ſuetos uidi, quos diximus ad agriculturam. Quare operæ precium duximus, ſi magnificatum à te erit. Namq; ſi indomitos ſylueſtresq; hos noſtros cognoſces, congruum eſſet, ut à te uili-penſi ſint mittendiq;, ut diſſipentur magis quàm odio habeātur, porrò tollerat dum diligit quiſuis. 102

Sol uita naturæ magnipotens in Leone, ſed equidem in Ariete uirtus & origo naſcentium eſt. 103

Luna in Cancro uelut Sol in Leone & in Tauro, ſicut ille in Ariete dignitatem tenet. 104

Potentes magis ſunt planetæ in angulorum cuſpidibus carē tes omnino dignitatibus quàm in cadentibus ſiue gaudijs in domibus & exaltationibus ſuis. 105

Dant dona ſua in cuſpidibus angulorum planetæ, ſine tamē honore & gloria peregrini. 106

Planeta in caſu ſuo in cuſpide digniorum angulorum, iudici um ſuum retardat, non tamen infortuna. 107

Melior eſt natiuitas fortis ex angulorum fortitudine, quàm ex fortitudine dignitatis angulorum cadentinm. 108

Interrogatio fortis eſt, dummodo ſignificator rei fortis in re quæſita ſit. 109

Inuanum eſt interrogatio facta quando figura extra propo ſitum eſt. 110

Error maximus iudicantis eſt cum debilis eſt ſignificator uæ radicis & ſeptima. 111

Vanæ equidem interrogauit & non ex corde, cum fortis pla neta in figura & diuiſio circuli non idem bonum uel malum, ut petit,

petit assignat. 112

Horæ dominus & Luna mouent principaliter natū somnolē tum equidem uacua cursu. 113

Horæ dominus in natiuitatibus est finis iudicij aminodar, cū dubietas est temporis. 114

Non est religio bona cauda existente in nona incognita est et cooperta. 115

Magis nocet infortuna ꝙ fortuna prodest, ideo prudentē te esse oportet dum mixtæ significationes sint. 116

Iupiter filios dat, sed retrogradus siue peregrinus nō pie, nec humaniter tractat. 117

Fortuna multiformiter infortuna efficitur, sicut infortuna fortuna. 118

Infortunium non cognoscimus ab infortunis existentibus in domibus suis & dignitatibus dummodo aspectus quadratus nō est nocentium uel oppositus. 119

Magna combustio est dum Saturnus comburitur. 120

Mars in Cancro combustus crudelissimus est. 121

Mouet linguam balbutientem Mercurius cōbustus. 122

Planeta intelligitur in corde Solis, dum non exuit de diametro ipsius non malum inferens. 123

Efficitur Marcurius & Mars Sol per corporalem coniunctionem in eorum domibus siue exaltationibus. 124

Timendæ sunt mulieres habentes in natiuitatibus suis planetas in locis masculinis. 125

Non considerabis unquam in homine uitam sine uitute Solis & Lunæ. 126

Miscentur uirtutes aliorum planetarum in dando uitam, quādo planetæ tribuentes fortes sunt. 127

Profunda scientia per Saturnum habetur uelut per Mercuriū nugacem. 128

A Ioue prælatura, & austera religio à Saturno est, uelut boni mores ab Ioue, praui uero à Marte male disposito sunt. 129

Mulieres ex natura innata instabiles sunt. Instabilissimæꝗ;

 dum

dum ascendentia earum bicorporea sunt pessime quidem, dum ascendentia significatoresq́ue in bicorporeis existunt, non tamen fortuna libera, fiuntq́ue dæmones, dum Venus, Mars & Mercurius in hac forma associantur. 130

Valde considerabis Venerem iunctam Marti, Mercuriumq́ue radiantem siue disponentem in omnibus figuris ij tres mores inducunt propriæ. 131

Natiuitas mala non erit si Iupiter in medio cœli erit. 132

Duo planetæ significatores in domibus siue exaltationis bonã natiuitatem affirmant esse, optimamq́ue tres, regiam uero, si ij tres superiores sunt & in angulis. 133

Pars fortunæ & caput ij fortes claues sunt figuræ. 134

Fortificatur omnis significatio dum fortificati sunt significatores uel anguli medij cœli & ascendentis à bebenijs primæ magnitudinis 135

Non terminatur in malum significatio stellarum fixarum quando fortunæ & planetæ significantes bonum eum istis bebenijs erunt. 136

Mutabit ædificatio ciuitatis per tempus promissum, si significator temporis in domo siue in exaltatione sua erit liber ab infortunijs. 137

Mutantur regna ꝑ apparitionẽ cometarũ in signis regijs, dũ mouetur motu sensibili, & de uno in alio signo & magis, quãdo quàmplures unà in uno erunt anno. 138

Acquirit regnum Mars per crudelitatem & rapinam. Iupiter uero per iusticiam & bonitatẽ. Saturnus quippe per laborẽ & infamiam. 139

Inferiores nisi colligati sint superioribus, regnũ nõ dant. 140

Diuitias regias per Solem & Lunam, & non per alium solũ significatorem cognoscimus, quia Sol dat aurum, Luna uero argentum, & alij alia mineralia dono proprio. 141

Ingenium excessiuum iudicabis in natiuitate, dum dominus nonæ & medij cœli idem erit, uel una se habuerint bene dispositos cum domino ascendentis fortes non currente Mercurio ad

combu

combustionem, et maximum quid si cum hoc in domo Saturni erit Mercurius. 142

Famosi uiri sunt cum in radicibus suis Luna recipit lumē omnium planetarum. 143

Prælatura pontificatusq; per Solem & Iouem per nonam & decimam erit. 144

Itinerantes in longinquis partibus reuertentesq; sunt, qui nonam habent fortunam. 145

Mutationes duorum superiorum de triplicitate in triplicitatem præteritæ erunt, ubi exempla in præsentia, cum figuris coequantur considerato tantum motu octauæ sphæræ. 146

Rimari te oportet radices multarum natiuitatum, si rectæ iudicare uelis, quia per exempla uirtutes cœlorum demonstrantur. 147

Tempera te in dando iudicium cum inter bonum & malum parua est differentia. 148

Propheta erit quippe in dando iudicium, cum Sol & Iupiter in radice promiserint septima non impedita ac impedito Saturno. 149

Non dubitabis de filijs si in quinta fortuna, uelut de diuitijs & abundantia, si in secunda erit. 150

Genus auariciæ est Mars, Saturnusq; cōiuncti in duodecima uel in septima. 151

Largitas & splendor est à Sole & Ioue coniunctis in secunda. 152

Est Venus Fortuna mundi Iupiterq; diuina nō impediti ab infortunis. 153

Iudicabis de Saturno & Marte, uelut Physici de Reubarbaro & Scamonea in mixtione medicinarum. 154

Res magnæ fiunt non solum per uirtutem fortunaæ, sed etiā per mixtionē ī infortunarum cū fortunis, unde ex mixtione mali fit bonum per comparationem. 155

Coniunctio duorum superiorum in Geenzahar suis, mouent prophetas & animas hominum. 156

Interſecationes omnium ſuperiorum circulorum in omnibus conſiderabis & auges eccentricorum & epyclorum. 157

Diffinire de qualitate aeris cum uno cenith nō omnibus partibus climatis conſideratis potius eſt fatuitas, quàm iudicium. 158

Difficile eſt iudicium de quo caremus exemplis multarū radicum in noſtris temporibus. 159

Scimus horam infantis, ſed non horam adunationis uaporū diuerſorum in unum, propter hoc aperta uia in uno eſt, in altero clauſa & opaca, ut quia de futuris eſt ſiue genita materia. 160

Non per ſophiſmata & ambages, ſed per realitatem & experientiā eſt hæc ſcientia. 161

Studeas ſemper antiquorum libris modernorumq́ꝫ, ſi cum ipſis adæquantur. 162

Conſtitues aſcendens taliter quòd non erres in facie, quia effectus maximos & effectus naturales figit in homine. 163

Non ualet directio ſi nō perficitur tēpus radicis ılegioꝝ, cū teſtimonio reuolutionis, timor ſolū inducitur ſiue infirmitas. 164

Cum idem aſcendens radicis et reuolutionis erit in reuolutione, iudicabis in bono & malo ſecundum exiſtentiam domini aſcendentis reuolutionis. 165

Reuolutio natiuitatis in hora in qua dominus natiuitatis incipit retrogradari, ſi de inferioribus eſt iens ad combuſtionem, mortem demonſtrat, ſi de ſuperioribus cum aſpectu inimicitiæ infortunatum idem ſignificat. 166

Mouet natum ad uxorandum Iupiter in reuolutionibus exiſtens in gradibus in quibus erat tempore natiuitatis. 167

Nullum donum, nec datum erit, ſi non promiſit radix natiuitatis. 168

Sol in Leone in omnibus diuiſionibus figuræ, non permittit uirum mendicum eſſe. 169

Peſſimus quidem eſt in natiuitatibus dominus aſcendentis retrogradus & cadens. 170

Nunq́ꝫ

Nunquam habebit animum confusum nec sine spe, qui Leonē habet in ascendente, quia Sol æqualiter mouetur in suo circulo ecentrico tendit ad intentum firma ceruice. 171

Cancer in ascendente, Luna nec in signis fixis nec in angulo facit hominem credentem omnia quæ audit & mobilis animi in omnibus. 172

Virgo ascendens ascendens facit natum à semetipso acquirere magisterium, uelut qui habent pisces sui regni sunt causa. 173

Venus in Ariete uel in Scorpione, nec legem tenet in coitu, nec deum timet, & si addiderit Mars ibi non curabit mori pro libidine & de honestate. 174

Infideles sunt nō timentes deum, nec uitam futuram qui dam natam nonam habent, signo existente ibi mobili, siue communi damnato significatore dominij retrograd * addito Saturno in ascendente siue radiante ascendens uel nonam quadrato uel opposito. 175

Adunatio planetarū in decima dominium siue labore demōstrat, in ascendente scire multa, in septima, mori modo miraculoso. In quarta uero famam perpetuam siue incorrupto corpore post mortem pro tempore manere. 176

Fiet nunquam quòd radices generationum maiorum uirorū dimittent prosapiam totaliter uilescere, uel ut rusticorum nobilitate. Ideo in dandis iudicijs prosapiam bene considerabis. 177

Trāsmutat, sed nō in toto, intronizatio noui principis ciuitatis significata imò demonstrat, uelut in natiuitatibus filiorum primorum fortunam patris qualibet forma usque ad ortum secundorum. 178

Non dubitabis iudicium de ciuitate facere cum figuræ intronizationis eius principis & reuolutio intronizationis cū reuolutione ciuitatis concordant. 179

Tyrannum facit principem signum medij cœli ciuitatis, si in radice principis siue in radice intronizationis erit. 180

In omni intronizatione perquires hylech uelut in natiuitatibus si

bus si scire uelis tempus durationis sui dominij. 181

Hora intronizationis mouet principē, uelut dignitas mouet hominem, ideo multi faciunt multa extra consuetudinē & naturam, haber equidem punctus & horas dignitas. 182

Voluntas principis non perficitur si non adiuuatur à reuolutione ciuitatis, & à coniunctione præterita propinqua duorum superiorum. 183

Destruere non possunt ciuitatem, si donū temporis radicis non perficitur, ideo bene considerabis radicem, si finem rei iudicare desideras. 184

Discordiæ regnorum eueniunt si ascendentia respiciunt, se quadrato uel opposito, & magis si significatores discordiarum conueniunt in qualitate & natura. 185

Magna res ē eclipsis Solis cū eclipsatur totū corpus, destruit & euellit ciuitates habētes ipsum signū eclipsis in ascendente radicis, cum figura eclipsis cum radice concordant in duobus testimonijs tantum. 186

In omni reuolutione annorum mundi eclipsim Solis & Lunæ non post pones. 187

Cōsiderabis cōiunctiones Solis & Lunæ & omniū alioꝶ planetaꝶ ꝑ totū annū, si recte introitū Solis in Arietem perscrutari uelis. 188

Radices annorum mundi signumq; profectionis, nec post ponas dominū orbis, tuū climaq; diligenter inspexeris exemplaq; annoꝶ præteritoꝶ, si aliquid re uera iudicare uelis. 189

Sub uno ascendente non ciuitates multas in uno climate iudicabis. 190

Dimitte pua indiuidua in iudicijs annoꝶ mūdi, q̄ a sciētia stellaꝶ in infimis non extenditur nostro debili iudicio. 191

Qui ꝑ stellas iudicare uolūt, uniuersale equidē iudiciū conuenit iudicare, & si particulare, nō in paruis, sed in magnis rebus in quibus cōprehendatur unūquodq; uniuersale necesse est. 192

Electio facta iuxta formam radicis quærentis, magnū quid ꝓdest si res apta nata est. 193

Fortis

Fortis est electio cum dominus horæ intentionem quærentis designat. 194

Cœlum habet prosperum & oppositum sicut dextram & sinistram. Quæres ergo in prælio figuram prosperitatis cum tuo significatore, ut bene se habeant. 195

Destruit figura fortis significatum debilioris figuræ, quamuis in potentia & numero plus sit, ergo fortifica te in forma cœlorum sicut cum militibus. 196

In oppositione duorum superiorum strages fiunt, ideo quis alter erit significator uictoriæ ipsum considera per aspectum aliorum, siue per coniunctionem, & si qualitatem & naturam tui significatoris tenet, uictor eris. 197

Efficiuntur in mundo magnæ mutationes in cõiunctione duorum superiorum in signis aqueis, sed ut plurimum terminant in pace, quia unũ est exaltatio Iouis, aliud domus est, tertium uero Martis, est motor ipsius rixæ. 198

Mutantur dominia ciuitatum habentium Scorpionem in ascendente, propter mutationem coniunctionis duorum superiorum dictorum de signo in signũ huius triplicitatis aquæ. 199

In coniunctione Saturni & Iouis, in Piscibus Venus iens ad ipsos de coniunctione caput in nona existente uel in decima ꝑphetam maximum euenire demonstrat. 200

Suturnus & Mars coniuncti in domibus Saturni, fiunt fortunæ, ducuntq; ad excessiuũ significatam rem, dum etiã occidentales sint tamen fortes. 201

Finis rerum est periodus significatoris, & per quartum & dominium eius, quando luminare temporis cum ipso adiungitur. Ideo contemplator in omnibus aliis considerabis diligentia iudiciumq; temperatum compone, Itaq; cum auxilio altissimi nostra hæc exempla uerificabis.

FINIS.

AD LECTOREM.

Hosce duos posteriores libros, cũ Camerarius priores tantũ uertendos susceperit, ex uetere translatiõe hic adijcere uoluimus Lector, quum propter eos, qui in Græcis nondum sine cortice nare didicerũt, ne de opere imperfecto conqueri possint, tum uero etiam propter eos, quibus uidere lubet, quid intersit inter doctũ interpretem, autorem è sua lingua uertentem, & inter barbarum, è barbara lingua, hoc est, Arabica, transferentem, In quorum gratiam etiam eos locos quos Camerarius ex ijsdem transtulit in margine notauimus, quo magis in promptu esset, quod conferre possent. Porrò, uetus translatio, qualis qualis est, rem ipsam de qua agitur, cum doceat, non est cur eam abijciamus, nulla dum elegantiore extante. Vale

CL. PTOLEMAEI

QVADRIPARTITI LIBER III.

POstquam accidẽtia generalia in his quæ ex nostra obseruatione præmissa sunt demonstrauimus, eò quòd eorum obseruatio ad præmittendum est conuenientior, qualiter futura rerũ uniuscuiusq; hominum in suarum naturarum proprietatibus deprehẽdamus, nunc explanare nitemur. Hæc igitur pars operis uocatur rerum natiuitatum ꝓgnostica. Quod autem istarum duarũ specierum uis in uia operis & scientiæ sit una, scire nõ est inconueniens, Nam Solis & Lunæ stellarũq; motus uniuscuiusq; proprij & generalis accidentis est occasio. Differentia uero naturarum eorum quæ prædicta sunt & motuũ consimiliũ & obseruatio, quos & cœlestia mouent, & ea quæ ipsa circũdant est occasio per quam erit horũ accidentium ꝓgnosticatio: præter quòd generalia accidentia maiora sunt & alterius supplemento non egent, particularia uero non sic, nec oportet ut ipsarum principij horas, in quibus cœlestium qualitates ponimus, & qui

,us id præſcire nitimur, quód à ſocietate figurarum quæ in ipſis horis formantur, ſignificantur, unũ & idem principiũ eſſe putemus. Imo quód plura ſint initia generalium accidentiũ exiſtimare debemus, eó quód in toto unum principiũ inuenire nõ poſſumus. Hæc uero principia ſemp non ex ipſis rebus ſubiectis ſed ex rebus circũdantibus q̃ futurorũ ſunt occaſiões inueniuntur. Nos etenim in maiori parte cuncta accidentia p grandiores eclipſes & per ſtellas q̃ manifeſto motu mouent inquirimus. In ſingulis autem hominibus unde & multa principia reperiũtur. Vnũ itaq; principium eſt initium collectionis quod eſt in nobis, multa uero principia reſpectu primi ſunt alterationes quæ poſt hæc ex rebus circundantibus contingunt. Vnũ igitur initiũ ad pmittendum hoc in loco conueniẽtius eſt, ob hoc q alia omnia non niſi huius occaſione pueniunt. Quapter cum hæc ita ſint, generales pprietates collectionis ex obſeruatione primi initij deprehenduntur, ex reliquis uero principijs id quod in unaquaq; horarũ ex augmento uel diminutione continget ſecundũ hoc q ex temporũ diuiſionibus ſubiungemus addiſcemus.

De caſu ſpermatis & de exitu infantis. Cap. I.

Hoc cap. tranſtulit & Ioachi. Cam.

QVoniam ad eſſe hominũ temporale principiũ habetur, eſt aũt hoc principiũ naturalit cum ſperma cadit, in potentia uero & accidentaliter cum infans hora partus ingreditur. Conuenit his q horam caſus ſpermatis fortuitu uel obſeruando dephenderunt, ut cum corporis & animæ qualitates pprias ſcire uoluerint, ſuas ad hoc inueſtigatiões ex hoc q figura ſtellarũ hac hora ppriæ .i. hora caſus ſpermatis operat, accipiant. Qua pter cum acciderit ſpermati ſemel in principio qualitatẽ recipere quæ ſibi ex rebus circundantibus aduenit. licet illa qualitas in hoc ex rebus horis eſſe corporis continget poſtea uarietur, ipſum cũ augmentũ materiei ſibi tantũ ſimili naturaliter ſibimet attrahet. cũq; creuerit illa rerũ materies qualitati primæ q̃ ſpermati ppria eſt aſſimilabit. Cũ aũt hora caſ9 ſpermatis ignorabitur, ſicut multotiens euenire compertũ eſt, initium qd eſt infantis exitu neceſſario conuenit obſeruare. Quod idẽ maximũ eſt initiũ, nec etiã à primo differt, niſi in hoc qd ſubiungitur, p primũ itaq; principiũ id qd eſt ante partũ ut pſciatur autem poſſibile eſt, nam primũ eſſe principium, aliud aũt ſimile fore principio ſatis enunciari poteſt, eó q ultimum eorũ, ſecundum eſt in tempore, & fortaſſis eius quantitas eſt in fortitudine perfectior primo, oportet etiam ut primũ initium ſeminis hominis frequentius appelletur. Secundũ uero eſſe hominis dicatur ob hoc q infans ea tũc adipiſcit, quæ dum in utero clauderetur nõ habebat. & cum hic etiam proprietates quæ tãtum ſunt in hominis natura & qualitatẽ quæ ſuo corpori accidit acquirit. Item id qd hora partus nos circundat, licet in faciendo [illegible] tum nihil iuuare putetur, ut illius cuius eſt qualitatis exiſtat, iuuat tñ ut [illegible] eius apparitio eiuſq; exitus ſecundum propriã circundãtis rei qualitatem. ppterea q natura poſt ipſius perfectionẽ, cum ad exitum moueri facit, cũ qualitas qualitati q̃ eum formauit aſſimilabitur. Oportet igitur ut ſtellarũ qualitatẽ

qualitatem hora exitus infantis istarum rerum similia iterũ significare ex-istimemus, non ꝙ ipsa hæc operetur, sed necessario & naturaliter in fortitudine opifici assimilatur. ¶ At quoniam in hoc sermone nostra intentio ut hanc scientiæ partem solerti tramite manifestemus, sicut ꝓmisimus in huius libri primordio, ubi ad hunc prognosticandi modum perueniri posse probauimus, & quomodo antiquissima uia prognosticandi quæ est secundum omnium stellarum uel plurium cõmixtionem multorum est modorum, & ferè infinita, cum quis eam plane & aperte perscrutari tentauerit. Maxime autem in futuris particularibus q̃ à naturarum speculatoribus inquiruntur, ꝙ in narrationibus quæ ab ipsis dicta fore dicuntur inueniri potest, & propter eius usus grauitatem & eius explanationis difficultatem nos hæc prætermittere deliberauimus. Illius autẽ magisterij prognosticationem per quam unaq̃q; specierum in perscrutandi modo deprehendit, manifestare nec non uires opifices propriæ stellis cum perfectione per hoc ꝙ consequi potest uia naturalis coniecturæ compẽdiose narrare intendimus. nec oportet ut ad qualitates rei circundantis per quas unumqd'q; accidens quod accidit homini deprehenditur nostra tradatur intentio. Sed generaliter conuenit ut uires corporum opifices cum locis sibi consimilibus coniungamus super uictoriæ dominationisq; modum, sicut in emissione sagittæ facimus. at futuri ꝙ in hac subiecta specie per multarum naturarũ collectionem colligitur ei qui super ipsum ita deliberauerit & perspicaciter inquisierit. sicut sagittator cum bene ei euenit ad signũ obseruationem relinquimus. Nostri uero sermonis initiũ in rebus uniuersalibus in principio qd' est in exitu infantis apparentibus, uelut congruo cõuenit ordini ponemus, cum per hoc principium ad esse omnium rerũ hanc naturam habentium, sicut diximus peruenire possimus, proprietates autẽ quæ hora casus spermatis innascuntur, per hanc eandem obseruationis speciem ab illo qui solas proprietates quæ in ipsa eadem collectione fuerint lagaciter perscrutabitur & subtiliter inuestigauerit deprehenduntur.

De scientia gradus ascendentis. Cap. II.

CVm in re prima quæ sustentaculum est, quod est gradus ascendentis hora exitus infãtis multoties innascat̃ dubietas, eò ꝙ in maiori parte horã ingressiõis absq; scrupulo scire nequit nisi qui inter omnia horarũ instrumenta per solum astrolabium obseruauerit, alia quippe horarũ instrumẽta quibus q̃plures eorum qui uersantur in his inspiciunt, multum fortasse fallunt̃ & à ueritate declinãt. Illis etenim quibus sol indicat horã ꝓpter eorundẽ declinationẽ in positiõe scioteroꝝ & ex scioterorũ tortuositate cõtingit. Instrumentis autem horarum q̃ per aquarũ decursus adaptantur, eu[illegible]it ex aquarum retentione & decursus differentia, q̃ per differentes oc[illegible]iones uel per quamlibet ullam occasionem ei contingentẽ aduenit, necessario conuenit ut uiam qua gradus circuli signorum, qui secundum naturalem rationem consecutiuam debet esse ascendens, deprehendi possit indicemus. Postq; gradum ascendẽtis ferè deprehendemus in uia ascensio

Et hoc caput trãstulit loa. Camer.

 num per

num per horam quæ nobis attribuitur. Oportet igitur ut gradum coniunctionis uel præuentionis, q̃ ante natiuitatem ipsi propior fuerit inueniamus, & eum ueraciter addiscamus. Quod si fuerit illud quod inueneri mus cōiunctio, utriusq; luminaris gradum accipiemus. Si aūt præuentio fuerit, gradum luminaris super terrā existentis obseruabimus. Post hæc cui planetarum natiuitatis hora illius gradus dispositionē habere conuenit inquiremus. Generaliter autem uia qua planetæ conuenit dispositio his. 5. rebus explicatur, quæ sunt triplicitas, domus, exaltatio, terminus, & apparitio, uel solis affinitas in figura, eritq; loci illius dispositio planetæ qui habuit in eo plus una istarum fortitudinū uel omnes. At si uni planetæ hæc omnia uel plura inuenerimus eius gradum ex signo in quo fuerat ipse natiuitatis hora ueraciter inuentum obseruabimus, dicemusq; q; gradus signi per ascensiones ferè accepti, qui ei in numero æqualiter sit gradus ascendentis. Si autem duos uel plures planetas inuicem associari inuenerimus, aspiciemus numerum quem unusquisq; perambulauerit hora natiuitatis, & quicunq; numerus fuerit propior ascendentis gradui qui nobis per ascensiones apparuerit, ipse erit ascendens horæ natiuitatis. Quod si numerum graduum duorū uel plurium planetarū propriè numerum ascendentis gradus qui nobis per ascendens exiuit inuenerimus illū qui plures auctoritates habuerit in angulis, & cuius fuerit haiz, in hoc mutabimur. At si longitudo gradu almudebir à gradus ascendētis absq; subtili obseruatione reperto, maior fuerit longitudine sui ipsius à gradu medij cœli, ipsa eadem uia exquisito, illum eundem numerum gradum medij cœli constituemus per quem alios angulos coæquamus.

De partitione locutionis natiuitatum. Cap. III.

Post præmissam istarum rerū positionem subiungemus, q; generales natiuitatum obseruationes, ordinata & competenti partitione quis partiri uoluerit, inueniet quod eorum ad q̃ naturali calle peruenitur, quædam sunt accidentia quæ ante partum contingunt, ut loqui de parentibus. Quædam autem eorum sunt accidentia quæ ante partum & post partum accidunt, ut sermocinari de fratribus. At illa quæ ipsa eadem hora partus eueniunt non sunt unum & idem plane & apertum, uelut hæc q̃ prædiximus. Accidentium uero postremum qd' sciri potest illud esse dicitur quod post partum accidet. Hanc autem speciem multorum modorum multarumq; partium fore non dubitatur. Ex his igitur quæ in ipsa eadem hora partus eueniunt, illa q̃ scire uolumus sunt loqui de maribus fœmininis, & utrum geminos an plures parturiens pariet, loqui etiā de formis monstruosis, necnon ex his qui nunq; crescent. Ex his autem quæ post partum, ea quæ scire quærimus, sunt sermocinari de uita, eò q; eorum qui non crescunt narrationibus non adherent. Post hæc autem loqui de forma corporis, & de infirmitatibus atq; inpedimētis corpori cōtingentibus, deinceps de qualitatibus animæ & illius accidentibus sermocinari. Deinde loqui de fortunio & infortunio nati, & de regno ac exaltatione illiusq; sublimitate

tate, postea ipsius est esse in hoc ꝙ ex operibus efficiet enarrare. Deinceps de eius coniugio sermocinari, ac de mora cū uxore facienda, & ex hoc ꝙ de infantibus ei cōtinget, nec non ex eius cōmixtione ac familiaritate cū hominibus & ex amicis ipsius, Deinde peregrinationes ostendere, postremo quidem modum suæ mortis indicare, ꝙ in fortitudine locutioni quæ fit de uita assimilatur. Illius tamē ordo post hæc prædicta ponendus est. Nos autē horum uniuscuiusq; modum generaliter enarrabimus, & cum solis nostræ narrationis fortitudinibus hoc operantibus ista dicemus, sicut superius manifestauimus. Ea uero quæ à quamplurimis stulte superflue'q; prolata sunt, in quibus non est sermo probabilis, qui occasionibus per primam naturam existentibus cōueniat, postponemus, & ex his id ad qđ peruenire possumus non per sortes neq; per numeros, in quibus occasiones per quas hoc oporteat esse non habentur, sed per planetarum figurarum earum'q; similitudinum cum suis locis obseruationes inuestigabimus. Quapropter ne uerbum hoc in unoquoq; præscriptorum capitulorum retractare sit opus in omnibus generaliter nos hic proferre conuenit. ¶ Ex capitulo igitur obseruationis natiuitatum locū circuli signorum qui speciei illius quæsiti capituli assimiletur, cōsideremus. uelut est loci medij cœli cū operibus, & loci solis cū re patris similitudo. postea planetas quibus ex prædictis .5. speciebus illius loci dispositionē habere conuenit, obseruemus. Et si unus planeta omtubus his modis ipsi loco dominabitur, illius rei quæsitæ dispositiōem attribuemus ipsi. Si autem duo uel tres ei dominētur, illi qui plurium numerorū fortitudinem habuerit, dispositionē dabimus. Deinde futuri qualitatem consideremus, cuius inuestigatio erit ex naturis illarum stellarū quibus dispositio conuenit, & ex naturis signorū in quibus planetæ fuerint, necnō ex locis similibus. post hoc inuestigatonē quantitatis futuri ex eorum uiribus accipiemus, considerando utrum in suis qualitatibus fortes extiterint in mundo & in natiuitatibus, an si cōtrarium fuerit. ¶ In mundo quidē fortiores dicuntur existere, cum in locis sibi proprijs uel similibus fuerint, & cum orientales etiam extiterint & aucti nūero. In natiuitatibus uero fortiores erūt, cū in angulis uel in locis ad angulum ascendentibus fuerint. maxime autem in duobus primis qui sunt ascendens & cœli medium. ¶ Debiliores autē erunt in mundo cum in locis extraneis uel sibi dissimilibus extiterint, aut cum occidentales uel in itinere diminuti fuerint, at in natiuitatibus tunc erunt debiliores, cū ab angulis recesserint. ¶ Spatium quoq; tēporis futuri cōsiderabimus inuestigando utrū respectu solis ascendentis, matutinales an uespertini fuerint. Duæ nāq; primæ quartæ utriusq; eorum, & duæ per diametrum eius oppositæ sunt matutinales, reliquæ uero sunt uespertinales. ¶ Considerabimus etiam si fuerint in angulis, uel ad angulos ascendentibus. Si matutinales igitur uel in angulis fuerint, acutioris erunt operis. Si uero uespertini uel ascendentes ad angulos extiterint, tardioris operis esse dicentur.

De parentibus. Cap. IIII.

PRima nanq; uia quam in uniuscuiusq; istarum specierum inuestigatione semper imitari debemus, est huiusmodi. nos itaq; nunc à primo capitulo quod est capitulum in locutione parentum, exordium faciemus, uelut ordini quem mox enũciauimus conuenire uidetur. Solem igitur & Saturnum patribus, Lunam autem & Venerem matribus, naturaliter assimilari dicemus. Quapropter quemadmodum horum stellarũ qualitates ad inuicem & cũ alijs inuenientur, ita fore parentũ qualitates nobis existimare conuenit. eorũ etenim fortunium & infortunium, necnon & regnũ ex stellarum uicinitate cum luminaribus nobis considerare cõueniens est. nam cum utrũq; à fortunis q̃ fuerint ex eorum haiz & in duobus signis eorundem uel in signis ea sequentibus circundabitur, esse parentum egregiũ fore significabunt. Maxime autem cũ planetæ circũdantes Solem matutinales, circũdantes uero lunam uespertinales extiterint, tunc enim erit eorũ positio conueniens. Item si Saturnus & Venus orientales fuerint in almugea sibi propria, uel si fuerint in angulis manifestum fortunium parẽtum ex hoc significare debemus secundũ quantitatem utriusq; ipsorũ conuenientem. Si autẽ horum contrariũ fuerit, ut luminaria .s. sint cursu uacua & à nullis stellis circũdata, parentum declinatiõem ac uilitatem significabunt. Maxime uero si positio Veneris & Saturni fuerint incõueniens, quod si planetæ ex eorum haiz non exeuntes ea circundent. Quemadmodum cõtingit cũ Mars post Solem, Saturnus uero post Lunam ascenderit, nec etiã loca fortunarum respectu luminariũ conuenientia fuerint, nec ex eorum haiz, miseram uitam parentũ & ipsorum esse destructionem, nobis ex hoc significare non disconuenit. Si autẽ pars fortunium significans, cuius mentionẽ faciemus, stellis Solem uel Lunam circũdantibus, apta conuenientia cõueniens fuerit in natiuitatibus parentũ, substantia saluabit atq; durabit Quod si pars fortuniũ significans non extiterit, uelut diximus, aut si horũ contrarium fuerit, nec fortunæ circũdederint luminaria, uel si circũdantes fuerint infortunæ, nõ proficiet parentũ possessio sed nocebit. Longitudinẽ autẽ uitæ parentum, eiusq; breuitatem ex stellarum societatibus in figuris considerabimus. ¶ De patris igitur uita dicemus. Cũq; Iupiter & Venus in figura quolibet modo Soli uel Saturno associant, Aut cũ Iupiter item V neri associat, fueritq; Solis & Saturni apta societas, uel si coniuncti aut in trino uel sextili aspectu fuerint, & uterq; fortis, longam patris uitam ex hoc annũciabimus. Si uero fortes nõ fuerint, nõ erit hoc ita, præter quod uitæ breuitatem ueraciter non significabunt, hoc autem si non sic euenerit, sed supra Solem uel Saturnũ Mars eleuatus fuerit, aut si sequat eos, nec Soli Saturnus cõueniẽs fuerit, sed in eius aspectu .4. uel per diametrũ opposito uel si uterq; fuerit ab angulo remotus, patris debilitas significabitur. At si in angulis uel in locis ad angulos ascendẽtibus fuerint, breuem uitã parẽtũ aut nocumentum significabunt. cum enim in duobus primis angulis qui sunt ascendens cœliq; medium steterint, uitæ breuitatem indicabunt. Cum aũt in duobus alijs extiterint qui sunt occidens, & angulus terræ, uel in locis ad ipsos ascendentibus impedire dicuntur. Cum Mars etiã Solem

prædicto

prædicto mō aspexerit, pater subita morte migrabit, aut in ipsius luminibus impedimentū continget. Si uero Saturnū aspexerit, patri mortem aut febrē cū tremore uel impedimentū ex abscisiōe seu combustione futurum significabit. Rursus cū Saturni figura respectu Solis inconueniens fuerit, occasiōe morborū ex humoribus nociuis accidentiū mors patri eueniet.

¶ Item de uita matris agamus. cū igitur in figura Lunæ seu Veneri Iupiter uel Venus iterū Lunæ associabitur, siue cum ea seu in eius aspectu trino uel sextili fuerit & utræq; fortes, uitā matris elongabunt. At si Lunam Mars aspexerit, uel Venerem secutus fuerit, aut in ipsius aspectu.4. uel per diametrū opposito remāserit, seu si Saturni qualitas respectu Lunæ istius qualitatis extiterit, si ipsi minuti cursu fuerint, uel ab angulo recesserint, in morbos & egritudines solūmodo matres illaqueari designabūt. Sed si aucti cursu fuerint uel in angulis, matrū uitam abbreuiabūt, aut eis impedimētum inferent, abbreuiabūt quippe uitā cum in orientalibus angulis fuerint uel in ascendentibus ad eos. In occidentalibus autem angulis uel in ascendentibus ad ipsos cū fuerint, eis impedimentū adducent, cum modo nāq; prædicto Lunā Mars uiderit, fueritq; Luna orientalis repētina, mors matrū uel suorum oculorū impedimentum inde proueniet. Si uero fuerit occidentalis earundem mors ex aborsibus uel ex his similibus accidet aut occasione incisionis & cōbustionis eis impedimentū eueniet. Si Venerem autem Mars aspexerit, erit earum mors per febres & infirmitates ex uisus offuscatiōe contingētes, ac per humores subito decurrentes. Cumq; Lunam Saturnus aspexerit, mortē uel ægritudinem generabit, Luna uero cū orientalis fuerit per febres cum tremore mortem annūciabit, & cū fuerit occidentalis occasione corrodentium apostemarū & cōmestionum uel in muliebribus membris contingentium illud eueniet. ¶ At sciendum ꝙ species particularium impedimentorū uel infirmitatū seu mortis quæ parentibus accidūt signorū qualitates quæ cum his quæ prædiximus, nobis obseruare conuenit. In quibus stellæ propriæ qualitatis opifices inuenientur, nec non signorū qualitates, quorū mentionem faciemus, & quorū etiā esse explanabimus, cum res natiuitatum enarrabimus, & ut in die ꝓprie Solem & Venerē, in nocte uero Saturnū & Lunam obseruemus. Illud etiā qđ ad inuestigandas residuas res particulares parentum nos obseruare oportet, est ut locum patris uel matris qui secundū hāc fuerit ascendentis loco ponamus, & omnes eorū res obseruemus, sicut ipsis parentū natiuitatibus facimus. quemadmodum in sequentibus probauimus ex accidentalibus & opificibus modis, qui in generalibus speciebus inueniuntur. Modorum autē coadunationis occasionū ad inuicē nobis hic & ubiq; memoriam habere conuenit, ut consideremus ꝙ cū planetæ qui locis exquisitis dominabūtur unius speciei non fuerint, sed ex speciebus differētibus uel contrariū operantibus ex planetis, quorū uires super ipsum sunt maioris auctoritatis, illū qui maiores auctoritates habuerit accipiemus, ita ut & ipse rei futuræ conueniat & per ipsū istarum rerū naturæ contingāt. Quod si eorū auctoritates æquales extiterint, & stellæ cū eis eleuatæ fuerint, leuiē ad notitiam rei coadunatæ ex istarū naturarum differentium cōmixtione

perueniemus

peruenimus. Si autem fuerit separatæ, id qđ ex accidentibus ei assimilatur secundũ horas particulares unicuiq; ipsorũ attribuemus. Sed illis qui matutinales fuerint attribuemus primitus, illis uero qui uespertinales extiterint posterius. Necessario tamẽ oportet ut ex principio eis assimiletur. nã si sic se non habuerit, nil futuri facere poterit, cũ nullam retinuerũt societatem in principio. prima uero dispositio non est occasio futuri temporis, sed qualitas stellæ, quæ respectu Solis & anguli mũdi domina dispositiõis fuerit tempore natiuitatis.

De fratribus & sororibus. Cap. V.

EX prædictis igitur locũ parentum probauimus. locũ uero fratrum siquis inuestigatiõe generali perscrutetur, & sua perscrutatione quãtitatem possibilem non prætereat quæ ad inquirendam notitiam numeri fratrũ ueraciter esse potest. Rem fratrum qui eiusdẽ matris sunt naturali modo scire poterit ex signo medij cœli, aut locũ matris. locum quidem dicimus in quo Venus in die & Luna fuerit in nocte. At quia signũ hoc & signũ quod ad ipsum ascendit locus matris sunt quo res filiorũ eius deprehendunt, eũ locum fratrẽ esse oportet. Huic ergo loco si planetæ fortunæ in figura associantur, fratrum multitudinem inde iudicabimus, huius aũt existimatiõem rei ex numero istorum planetarũ assumemus. Considerabimus etiam si fuerit in signis unius imaginis uel duorũ corporum. ꝙ si planetæ infortunæ super hunc locũ eleuati fuerint uel eum ex oppositione aspexerint, paucitatem fratrum indicabũt, maxime autem si sol cũ eis extiterit. Si uero fuerint in angulis & proprie in ascendente, fuerit'q; planeta in istorum aliquo locorum existens Saturnus, in uirginibus & maioribus fratribus hoc esse significabit. Si autem Mars fuerit, aliorum fratrũ numerum per mortem abbreuiabit. Qualitas quidem planetarũ qui sunt datores fratrũ si fuerit in positione conueniens, fratres potentes & exaltatos existimemus oportet. Si autem in contrariũ fuerit, imbecilles erunt & impotentes. At si planetæ infortunæ super datores eleuentur, uel si eos sequãtur, breuis uitæ iterũ erunt. Masculorum datores sunt planetæ masculini in suis qualitatibus mundi, largitores autem fœminarum, sunt fœminini in suis qualitatibus mundi. Orientales item primos largiuntur fratres, occidentales postremos. Rursus cũ in figura largitores associentur signo rem fratrũ significãti societate conuenienti, fratrum concordiam significabũt, & si cum partes iterum fortunæ cõuenerint, fratrum societatem in suis rebus indicabunt. Si uero fuerint in signis nullam ad inuicem societatem habentibus, uel si qualitatem prædictæ qualitati contrariam habuerint, uoluntatem fratrum ad discordiam & inuidiam significabunt, & eos deceptores esse demonstrabunt. Si quis autẽ unamquãq; rem fratrum plus quã supradictum sit, inuestigando perscrutari uoluerit, satis hoc agere poterit si loco ascendentis largitores planetas constituerit, & tunc omnes eorum res quemadmodum in natiuitatibus facimus obseruauerit.

De mas-

De masculinis & fœmininis. Cap. VI.

POstq; naturali calle fratrũ enarrationem explanauimus, qđ in ipso nato continget subiungamus oportet, & masculorũ fœminarumq; considerationem primitus indicemus, cuius obseruatio non unius modi est nec ab una re, sed ab utroq; luminari, & ab ascendente, necnon à planetis in hoc auctoritatem habentibus accipitur, hoc autẽ ex qualitate qua hora casus spermatis fuerit proprie deprehendemus. In uniuersali uero modo, per qualitates hora natiuitatis apparentes hoc indicabitur, nobis quoq; generaliter obseruare conuenit, si hæc tria loca præfata, & planetæ eis omnibus uel pluribus dominantes masculini fuerint, quia natus erit masculus. & si fœminini fuerint erit fœmina, & secũdũ hoc supra natum iudicabimus, oportet etiam ut loca & planetas masculinos ac fœmininos consideremus, quemadmodum in huius libri principio monstrauimus. demonstrauimus inq; ex naturis signorum in quibus fuerit & ex naturis ipsorum planetarũ, necnon ex eorum qualitatibus respectu mundi. cum orientales namq; fuerint masculinizant, fœminizant uero, cũ occidentales extiterint. Item ex eorum qualitatibus respectu Solis, masculinizant nãq; cum matutinales fuerint, uespertinales existentes fœminizant. Ex his igitur omnibus qđ genus in nati constitutione secundũ maiorem partem incurrit conijciamus oportet.

De natiuitate geminorum. Cap. VII.

SImil' quippe modo nobis in geminis & eis pluribus, esse eorundem prædictorum locorũ. i. luminarium & ascendens obseruare cõuenit, hoc autem ex collectionibus euenire manifestum est, si præfatorũ locorũ duo uel tria fuerint in signis duũ corporum, maxime autem cũ planetis illorum dispositoribus idem iterum accidens contigerit, ut quidam. s. eorũ sint in signis duum corporum, fuerintq; quidam eorum bini & bini uel plures in dispositione. & si loco dominanua signa duũ corporũ extiterint, & cũ hoc cum pluribus in figura planetis associetur, erunt nati plures duobus. Eorum quoq; numerũ nonnũq; augmentat planeta, qui hanc proprietatem habuerit. Generis autem nati nõ tiam auget planetarũ genus, qui soli & lunæ ascendentiq; signo associant in figura quæ masculinis & fœmininis secũdum præmissum modũ in nascendi fortitudine superaddit. hæc uero qualitas si signum ascendens & luminaria non continuerit, sed eius loco medij cœli locus sic inuentus fuerit, harũ matrum partus secundum maiorem partem geminorum uel plurimũ erit. ¶ Quod autẽ pprium in trium masculinorum parturitiõe est, ut quẽadmodũ contingit in albetatra[illegible] sunt reges, cõtingat ut Saturnus. s. & Iupiter ac Mars cũ præfatis locis [illegible] duũ corporum signis existant. & est proprium in parturitione trium fœminarum, ut id quod in alchatis contingit, eueniat ut Luna uidelicet ac Venus ac Mercurius fœmininus in prædictis locis permaneãt. In duorum masculinorum ac unius fœminæ parturitione proprium est ut contingat

 ficut

ſicut contingit illis qui diaſaccora uocantur, ut Saturnus .ſ. & Iupiter ac Venus in illis ſint locis. Parturient etiam duas fœminas & unum maſculũ cũ id euenerit, ꝙ illis qui dimãtarcoris appellantur, eueniſſe dicitur, ut Luna .ſ. & Venus ac Mars illis in locis exiſtant. Secundũ huncuero modum frequenter contingit ut natus nõ perficiatur, et ut in ipſius natiuitate quædã impedimenta corpori accidentia cõtingant. In ipſius etiam quibuſdam mẽbris id ex quo nullus rumor perueniet abſq; perfecta occaſione cõtingit, aut erit in eis quoddam horꝝ accidentium ſecundũ partem rei quæ non apparet.

De monſtruoſis ſignis. Cap. VIII.

ILlud quidem quod nullatenus à noſtro recedit intellectu eſt monſtruoſarum figurarꝝ enarratio. Dicemus igitur primitus ꝙ in his luminaria frequẽtius inueniunt remota uel ab aſcẽdẽte diſiuncta, & ꝙ ab infortunijs anguli continentur. Cum hoc igitur ſic inuentũ fuerit, cõuenit ſi hoc illud fore cõtigerit ꝙ in miſeris & infortunatis natiuitatibus multotiẽs euenire dicitur. & ſi natiuitates illæ monſtruoſarũ figurarum non fuerint, ut præteritam coniunctiõem uel ꝑuentionem obſeruemus, quantus coniunctionis uel præuentiõis, necnõ loci luminarium natiuitatis hora, diſpoſitores planetas deprehẽdamus. Quoniã ſi loca eorum in natiuitatibus, & locus Lunæ uel aſcendentis iterũ omnia .ſ. uel plura loco cõiunctiõis uel præuẽtionis non alligerentur, erit natus formæ mõſtruoſæ. hæc autẽ ſi ſic fuerint et cum hoc in quadrupedibus uel feralibus ſignis luminaria reperiremus, fuerintq; infortunæ in angulis exiſtẽtes, nõ erit natus ex hominibus. Si q̃ uero fortunarũ cum luminaribus teſtimonium non habuerit, ſed eis infortunæ teſtificatæ fuerint, natus non erit domeſticus, eritq; natura ipſius ex ferarũ inpedientium naturis. ¶Quod ſi Iupiter aut Venus luminaribus teſtificentur, erit natus ex animalibus domeſticis, ut ſunt canes, furones, & his ſimilia. ¶Si Mercurius aũt teſtificetur, nanus erit ex animalibus quibus opus habent & utuntur homines, ut ex gallinis, porcis, bobus, capris, & his ſimilibus. At ſi luminaria mouentur in ſignis quorꝝ imagines ſunt hominis, omniaq; ſimiliter fuerint, natum ex hominibus uel ex his q̃ cum hominibus conuerſantur fore non dubitamus, niſi quod eum mõſtruoſam formã habere dicemus. ¶Qualitatis aũt iſtius hoĩs mõſtruoſi notitia eiusq; proprietas erit hoc in loco iterum ex figuris ſignorũ in quibus infortunæ ſteterint, quæ luminaria uel angulos continuerunt. Item ſi ſigna fortunarum hoc in loco nulli prædictorũ loco teſtificetur, erit natus non loquens, eiusq; fortuna ueraciter & perfecte mutabitur. Si Iupiter autem uel Venus teſtificetur, nam proprietas in quo fuerit illa mutatio erit ut honoretur & ſublimetur, eo ꝙ ex hoc illa figura armaforodhotis contingat .i. figura ex Venere & Mercurio denominata, nec non figura q̃ nuncupatur arſocarazietu, & his ſimilia. ¶Mercurius ipſe ſi teſtificetur, fiet natus cum his ſomniorũ interpretator, & ex his erit eius uictus præter quod ſurdus erit & abſq; dentibus. In alijs uero rebus erit conuenientis naturæ & ſubdolus ac deceptor. De

POstq; eorum qui nõ creuerint sermocinatio restat de illorum elocu-
tione quorum per natiuitatis hora contingentia notitiam habere
quærimus. Hanc autẽ enarrationem ob hoc ꝙ istud quæsitum capitulum
ab istorum duoꝝ utroq; modorũ non longe remouetur, quandoq; locu-
tioni de uita adhærere, quãdoq; uero illi contrariam esse, eo ꝙ huiusmodi
inuestigationis uis quibusdam uariationibus alteratur, sciendum est. Ser-
mo nãq; uitæ non est nisi in his omnibus qui uitam senserunt. Hi autem
sunt quorũ uita solari circuitione quod est unius anni spacium nequaq; mi
nor habetur. uita uero quæ est in fortitudine est id quod minus esse dicitur,
ut sunt menses, dies, & horæ. Eorum aũt qui nõ creuerint sermocinatio est
eorũ locutio qui ad aliquod istoꝝ prædictoꝝ tempus nõ peruenıẽt, sed in
breui tempore propter mali & nocumenti superfluitatẽ morientur. Qua-
propter uitæ inuestigatio multaꝝ est partiũ. Illoꝝ aũt qui nõ crescunt una
est & plana. Generaliter igitur cũ luminariũ aliquod in anguloꝝ aliquo
fuerit, eiq; associetur infortunaꝝ altera in lõgitudine, quæ cũ eo fuerit gra
du per gradũ, uel fuerit in figura æquicrucia, nec fortunaꝝ aliqua ei associ
etur in figura, fueritq; dispositor loci luminariũ in locis infortunarum, na
tus nõ uiuet, sed mox morietᷣ. ¶ Quod si fuerit in figura æquicrucia, sed in
proiectione radioꝝ infortunaꝝ à locis luminariũ ad ipsum ascendens, fue
rintq; infortunatores duo, alteꝝ uel utrũq; luminariũ infortunantes, ad
ipsoꝝ duoꝝ loca uel alterius ascendentes. At si in eius uel eoꝝ oppositiõe
fuerit, seu sui nãq; infortunaꝝ alteꝝ luminariũ infortunauerit, cũ eoꝝ alte
ra fuerit opposita, altera quidẽ ad luminaris locũ ascenderit, nañ uitã nõ
habere minime dubitabitur. Quoniã maximũ nocumentum quod est in
hoc, ualetudinẽ & profectũ qui ex longitudine loci ad loca luminariũ ascẽ
dentis in uitæ spacio prouenit, destruit & occultat. Id aũt quod proprie So
lẽ impedit ex his quæ sunt in loco, qui ad ipsius locũ ascendit Mars esse di-
citur, Lunã uero Saturnus. At in eoꝝ oppositione uel cũ ad ipsam ascende
rit, contingit contrariũ. Solẽ etenĩ Saturnus, Lunã uero Mars impedit, ma
xime aũt cũ locis luminariũ & ascendentis dispositores eoꝝ existendo do
minentur. Et si duas oppositiones habuerint, fuerint luminaria & infortu
næ in angulis uel in æqcrucia figura, mortui uel semimortui nascuntur
infantes. Qđ si hoc ita contingit, & ab altera fortunarũ luminaria separa-
ta, uel in figura fuerint ei associata: & peruenerint radiȷ ad p̃cedentes par-
tes, uiuet natus secundũ significationẽ numeri graduũ, qui fuerint inter al
hileg, & ꝓpioris infortunæ radios, ex numero mensium uel dierum aut
horarum, secundum eorũ infortunıȷ quantitatem, quæ sũt huius occasio.
At si infortunarũ radiȷ ad p̃cedentes partes luminarium, fortunarũ uero
ad sequentes peruenerint, natus crescet & uiuet. Item cum eleuabũtur in-
fortunæ super associantes fortunas in figura, erit natus miseræ qualitatis
& imbecillis. Qđ si fortunæ eleuabuntur, natus cum parentibus non mo

rabitur. Et ſi altera fortunarum cum Luna pariter oriatur, uel ieccisal habe
at, & altera infortunarũ occidat, natus à parentibus nutrietur. Hoc igitur
iterum modo multorũ natorum erit obſeruatio, cum ſtellarũ aliqua, duo-
bus pluribusue modis in figura ſocietatem habentium in occidente fuerit,
infans ſemiuiuus orietur, aut uelut carnis fruſtũ, aut imperfectæ creatio-
nis, & ſi altera infortunarꝫ ſuper eam eleuetur, non nutrietur natus uel nõ
habebit uitam ſecundum hoc quod per iſtud contingit.

De ſpacio uitæ. Cap. X.

EOrum quidem accidẽtium q̃ poſt partũ contingũt, enarratio. Primũ
eſt uitæ ſermocinatio, eo ꝙ eorum qui primitus ordinauerũt ex his
omnibus quæ raro contingũt tractare, qui ad tot annos uitæ non peruene
rit in quibus iſta perfici poſſunt, nobis riſum habere conuenit. Hæc autem
obſeruatio nec leuis eſt nec plana, imò ex dominantiũ locorꝫ poteſtatibus
accipitur & depræhenditur. Qđ mulris modis obſeruatur. Modus autẽ
qui ſecundũ noſtram exiſtimationẽ peruenit, & qui naturalẽ uiam imitatᷓ
eſt ut enarrabimus. Hæc autẽ obſeruatio ex loco alhileg & eorum quæ ſup
alhileg poteſtatem habuerint, nec non & ſtellarum interficientiũ locis con
ſideratur. Iſtarum uero rerꝫ uniuſcuiuſqꝫ notitia eſt ut ſubiungitᷓ. ¶ Primũ
nãqꝫ nobis ſcire conuenit ꝙ loca alhileg illa ſunt in quibus ſtellam cuius
dominium fuerit alhileg eſſe oportet, hic autẽ ſuper ſignum aſcẽdentis, qđ
eſt à .5. gradibus qui ſuper orizontem ante ipſũ aſcenderant uſqꝫ ad .25.
qui ad aſcendendũ remanſerit, & poſt hos gradus qui in horum .30. gra-
duũ dextera exagona radiatione conſiſtunt, qui ſunt domus fortunæ. As
hi qui ſunt in eorum aſpectu tetragono, qđ eſt mediũ cœli ſuper terram, &
gradus etiam qui ſunt in eorũ t̃gona radiatiõe, qđ eſt locus qui νόον ap-
pellatur. Necnon & gradus qui ſunt in eorum oppoſitiõe, qđ eſt occidẽs.
Horum aũt id quod ad præmittendũ conueniens eſt eò ꝙ fortioris aucto-
ritatis exiſtit, id eſſe dicitur quod eſt cœli mediũ ſuper terrã, & poſt hoc aſcẽ
dens, deinceps id quod cœli mediũ aſcendit, & poſt ipſum occidens ad qđ
cœli medium præcedit. omne autem qđ ſub terra moratur hac in re tam
præclara & tam excellenti, prætermittendũ fore decreuimus, p̃ter id qđ
aſcendens ſuper terrã apparuit. Illorum uero quæ ſupra terrã ſunt ſigna
quæ cum aſcendente non colligũtur, obſeruanda nõ ſunt, nec etiam ſignũ
aſcendens ante aſcendẽs quod laboris domus appellatur, ob hoc ꝙ cum
hoc eſſet ꝙ ab angulo remouetur, eius fortitudinẽ ad terrã prouenictem,
ſpiſſus & obſcurus uapor qui ad ipſam ex humiditate terræ aſcẽdit diſtur-
bat & deſtruit. Ideoqꝫ id quod ex coloribus ac qualitatibus ſtellarum, hac
in domo exiſtentiũ apparuerit naturã ex eodem uerbo dubitatur. Poſt[illegible]
conuenit ut .4. dominantia, quæ ſunt Sol, Luna, aſcendens, pars fortunæ,
eorꝫqꝫ locorũ diſpoſitores alhileg cõſtituamus. ¶ Partem igitur fortunæ
ſciemus, ſi numerũ quem inuenerimus à loco Solis uſqꝫ ad Lunæ locum,
in die ac nocte acceperimus & ab aſcendẽte inchoando illius numeri quã
titatem ſecundũ ſignorum ſucceſſionẽ cõputauerimus. Hoc itaqꝫ modo
partis

partis locũ addiſcemus. Quod iccirco facimus ut Solis qualitas reſpectu
aſcendentis ſit uelut qualitas Lunæ reſpectu partis fortunæ. Erit enim for-
tunæ pars quaſi aſcendens Lunæ. Hanc aũt eandem rationem imitari ui-
dentur qui dicunt ꝙ in nocturnis natiuitatibus, ut à Luna in Solem enu-
meremus oportet. Deinde ab aſcendente in itiando eiuſdẽ numeri quanti
tatem in contrariũ eius quod prædiximus .i. ſecundũ ordinatam ſignorꝫ
antecedẽtiam cõputemus. Quod cũ fecerimus idem partis fortunæ locus
qui nobis exierat, ſecũdum modũ apparebit, & eadẽ erit ſocietatis figuræ
qualitas. ¶ Conuenit etiam ut ex his in die Solem ſi fuerit loco alhileg pri
mitus eligamus, ſin autẽ Lunam, quã ſi nequiuerimus eligere ſtellam, quæ
maiores auctoritates habuerit in diſpoſitione loci Solis, & loci præcedẽtis
cõiunctionis, nec nõ & aſcendentis eligemus .i. ſtella q̃ habuerit ex .5. po-
teſtatibus per quas diſpoſitio conſiſtit .3. uel plures auctoritates in aliquo
locorũ prædictorum ẽ eligenda. Quod ſi non cõtigerit, aſcendẽtis gradũ
accipiemus. ¶ In nocte uero conuenit ut Lunã primitus eligamus, poſtea
Solem. Deinde ſtellã quæ maiores auctoritates habuerit in diſpoſitione
loci Lunæ, ac loci p̃cedentis præuentionis, lociꝗ partis fortunæ. Cũ autẽ
hoc non euenerit, dominiũ ſi natiuitatem cõiunctio p̃ceſſit accipiemus aſcẽ
dens. Si autẽ præuentio p̃ceſſerit fortunæ partem, ꝙ ſi fuerint utraꝗ lumi
naria, & qui ſecundũ conueniens alahiz diſpoſitor fuerit in locis alhileg,
cõuenit ut ex luminaribus, illud quod loco maioris & fortioris poteſtatis
fuerit, ſumamus. diſpoſitorem autẽ eligere ſuper luminaria nullatenus cõ
uenit, niſi cum loco maioris & fortioris dignitatis fuerit, habens in diſpo-
ſitione ſecũdum duo alahiz autoritates. ¶ Cũꝗ patuerit alhileg duas eius
ſpecies nobis obſeruare conueniet. Quarũ altera eſt ſecundum ſignorum
ſucceſſionem ſolũmodo. Altera uero & ſecundũ eorundẽ ſucceſſionem &
in ſucceſſionis contrariũ. Illã quæ eſt ſolũmodo ſecundũ ſucceſſionem in
qualitate, quæ radiorum proiectio nũcupatur, nos obſeruare conuenit, q̃
tũc eſſe dicitur cũ alhileg in locis orientalibus .i. à cœli medio uſꝗ ad aſcen
dens fuerit. Illam uero quæ ſecundũ ſucceſſionem & in ſucceſſionis contra
rium exiſtit ea in qualitate quæ græce urine appellatur, conſiderabimus.
Hæc quidem eſt, cũ alhileg in loco recedẽte à cœli medio fuerit, & cum tali
ter iſta fore percipientur, gradus interitum ſignificãs ſecũdum alhileg quæ
eſt in ſpecie quæ contra ſignorũ accidẽtia inuenerimus, erit gradus occidẽs
eo ſolũmodo ꝙ ipſe uitæ dominium occultat, ſecundũ ſtellarum gradus
ipſi eidem alhileg quæ ſic inuenta fuerit applicantiũ aut eidem teſtificantiũ,
ob hoc .ſ. ꝙ ipſe collectis numeris ſuperaddunt & minuũt uſꝗ ad horam
qua ceciderit alhileg, præter ꝙ non occident, eo ꝙ ad locũ hyleg ipſæ non
eunt, ſed ipſa uadit ad earum loca. At illæ quæ ſemper addunt fortunæ
q̃ uero minuũt infortunæ dicũtur. Mercurius iterum erit cum ſtellis q̃bus
aſſociabitur in figura. ¶ Numerus autẽ augmenti uel diminutionis ex lo-
cis graduũ uniuſcuiuſꝗ eorum deprehendet̃, Ipſe etenim ſecundũ nume-
rum temporum horarꝫ, quẽ unuſquiſꝗ gradus eorum habuerit, inueniet̃.
Nam cũ tempus diurnum fuerit, tempora diurnaliũ horarum attribue-
mus. Cũꝗ nocturnum extiterit, tempora nocturnalium horarꝫ, ſecundũ

quorum quantitatē erit numerus annoꝝ perfectorum. Quod intelligen-
dum est esse dictum cum in ascendēte fuerint. post hoc secundum ipsius
elongationem ab ascendēte, numerus itaq; ex ipso cum ad occidentis pun
ctum peruenerimus, nihil remaneat. ¶ At secundū alhileg est q̄ in specie
quā secundum signoꝝ successionem inuestigamus, loca stellaꝝ infortuna-
rum .i. Saturni & Martis sunt pereuntia, cum corporaliter ad hileg perue
nerint, uel cum radios ex quolibet istoꝝ locoꝝ ꝓiecerint .i. ex locis quar
tæ, ac oppositæ radiationis, & fortassis ex sextilibus quæ obediūt aut aspi
ciunt & æquantur in fortitudine. Itē etiā quartus aspectus loci alhileg ꝗ est
secundū signoꝝ successionē occidet. Iterum & forsitan idē operabitur sex
tilis, cum fortuna fuerit, & cum ex signo multarum ascensionū extiterit.
Similiter ꝗq; faciet trinus, cum fuerit in fortuna, & in signo paucaꝝ ascen-
sionum manserit. Cūq; Luna fuerit alhileg interficiet solis locus q̄nq;, eo ꝙ
cum Sol ad locum alhileg istius speciei peruenit, interficiendi & sanandi
uim habebit. Ibit enim ipse ad locū alhileg, nec nobis existimare cōuenit
ꝙ hæc loca necessario semper occidant. Nam nullatenus occident, nisi cū
infortunabuntur solūmodo, quia prohibet hoc. Cum unius fortunaꝝ ter-
minus fuerit, uel cum altera fortunarum ex. 4. uel trino, seu ex oppositio-
ne ad ipsum gradū ꝗ occidit, seu ad gradū, ꝗ post ipsū occidit succedit radi
os ꝓiecerit. Ita ꝙ in ꝓiectione radioꝝ Iouis, plusq; 12. gradus, ipsū nō trās
grediātur, nec Veneris plusq; 8. Similiter etiam ita eueniet, cum cōiunget
alhileg stellæ, cuī corporali conditioni adherebit, nec eoꝝ duorū latitudo
fuerit eadem. Cum autem stellæ saluantes uel adiuuantes aut interficiētes
duæ uel plures fuerint in unoquoq; istoꝝ duoꝝ, conuenit ut secundū rerū
ea iuuantiū multitudinē ac eorundē fortitudinē id ꝗd ipsoꝝ duoꝝ fortius
est obseruemus, secundū multitudinē igitur cū altera duaꝝ specieꝝ plusq;
altera fuerit augmentatione manifesta. Secundū fortitudinē uero cū stellæ
quæ iuuāt uel interficiunt in locis sibimet cōuenientibus fuerint, nec in hu
iusmodi locis aliæ permāserint, maxime aūt cū stellæ unius speciei fuerint
orientales, alteriusq; speciei stellæ occidētales. Quapropter eoꝝ quæ sunt
sub radijs in occidendo iuuādo ac saluando nos nihil gn̄aliter oportet ob-
seruare, nisi ut Luna sit alhileg, tunc etem ipse idem locus Solis erit interfe
ctor, & tunc etiā si infortuna quæ cū ipso fuerit cū impedierit, & nulla for-
tunaꝝ eū adiuuauerit cōsiderabimus. ¶ Numeros aūt qui sunt secundum
longitudinē, quā inter locū alhileg & locū abscisorē inuenimus, ut dissolu
te et qualitercūq; sumatur minime cōuenit. Quēadmodū plurimi faciebāt
qui secundū ꝗtitatē tēpoꝝ ascensionū graduū illius longitudinis hoc sem
per esse dicebāt, nec etiā ut hoc aliq̊ tp̄e cōsideremus, nisi cū ascendens fue-
rit ipse locus alhileg, uel unus locoꝝ ascendentiū ad ascendens. Illos igit̄ ꝗ
naturali cōsideratione hanc speciē obseruauerint, oībus modis unū [illegible]bser
uare cōuenit .s. ꝗt tēpoꝝ ex æquinoctialis circuli temporibus erit locu[illegible]el
læ, uel figuræ sequētis loco stellæ, uel figuræ præcedētis in natiuitate, eò ꝙ
æquinoctialis circuli tēpora circulū horizontis & meridiei lineam æqualit̄
perambulant, qui duo sunt per quos cōsimiles longitudines locales acci-
piunt, unūquodq; uero æqnoctialis circuli tēpus loco unius anni solaris
cōstitu itur

constituitur. Conuenit igitur ut cum ipse locus alhileg præcesserit & sup orientalem circulum horizontis fuerit, tempora ascensionum graduũ ab ipsa hora usq; ad horam quæ interficit accipiantur, ob hoc quòd post hanc quantitatem temporis æquinoctialis circuli, in loco alhileg qui est orientalis circulus horizontis erit interfector. cumq; fuerit alhileg in linea medij diei & ascensiones circuli directi secundum quas erit tempus transitus illius partis circuli signorum in circulo medij diei, accipiantur oportet. Cum autem in occidentali circuli horizontis fuerit numerum temporum, in quibus unaquæq; illarũ longitudinum cadit, & occidit, accipiemus: q̃ est sicut numerus graduũ ascensionum partium circuli signorũ, qui sunt istius opposita. At si locus alhileg cum præcesserit, non in aliquo istorum triũ, sed in locis inter ipsa cõstitutis fuerit, p̃fatum tempus ascensionum, & tempus occasus ac tempus transitus per cœli medium, non erunt illa, in quibus loca sequentia ad loca præcedentia: sed erunt in quibus ad differentia loca peruenerint, eo q̃ locus ad quẽ uadit sequens, loco in quo fuerat præcedens, nec similis nec talis qualis ipse est dijudicatur, nisi cum eius positio, ipsius positioni assimilabitur, & eius pars respectu horizontis & cœli medij, quemadmodũ ipsius pars fuerit. Nec contingit etiam ut respectu horum duorum una sit eius positionis, cum fuerit prope loca, quæ sunt supra semicirculum, ex circulis per locũ cõmunem circulo medij diei, & circulo horizontis transeũtibus. Et hi sunt, quorum unusquisq; unam temporalem efficit horam, æquales ad inuicem ferè. Cum autem hic semicirculus, p̃fatum locum cõmunem circũrotauerit, erit eius positio qñq; sicut positio hemisperij, quãdoq; uero sicut positio circuli medij diei. Erũtq; tẽpora in quibus circuli signorũ partes hæc duo loca pertrãsibũt inæqualia. Tempora uero, in quibus partes circuli signorũ, hunc semicirculũ transgredientur, cum in certis locis alijs extiterit, quæ differentiũ sunt longitudinũ, erunt differentia. ¶ Generalem autem modũ, per quẽ operabimur ponemus hoc quod subiũgitur, uidelicet cũ præcedens duorũ p̃dictorum locorum, in ascendente uel in circulo medij diei, uel in occidẽte, siue in alio loco fuerit, solus ipse locus sequens ibit ad p̃cedentem, secundum tempora quæ per ipsũ eundẽ antecedentem locum pertransibũt. Nam cognito gradu medij cœli, ac gradu p̃cedentis necnon & sequentis, locum antecedẽtis gradus prius inuestigando cõsiderabimus, quot temporalibus horis à medij diei circulo distat, numerando ascensiones quæ sunt sub gradibus, qui sunt inter hunc & cœli medij gradum, qui super terrã, uel sub terra, in circulo directo cõstituitur. Post hoc eas per numerũ temporũ horarũ quem præcedens gradus habuerit, diuidemus. Quod si super terrã fuerit per diurnaliũ horarũ tempora, & sub terra fuerit per horarũ nocturnaliũ tempora, & q̃ exierit, erunt horæ ipsius longitudinis, à medij diei circulo Quapropter quia circuli signorũ partes, quarũ lõgitudo à circulo medij diei, est una eademq; quantitas numeri temporalium horarũ, sunt cadentes super unum eundemq; semicirculum, ex p̃fatis circulis, oportet ut sciamus, in longitudine quanti temporis, ex temporibus æquinoctialis circuli, longitudo gradus sequentis à linea medij diei, reddet horas temporales

æqua=

æquales in numero horis longitudinis gradus præcedẽtis à circulo medij diei. Cũq; hoc sciuerimus, considerabimus quot temporũ ex æquinoctialis circuli temporibus fuerit longitudo gradus sequentis à gradu medij cœli, cum positio gradus sequentis prima positio fuerit. Hoc autẽ ex ascensionibus circuli directi deprehẽdemus, post hoc igitur obseruabimus quãta erit eius longitudo ab eo iterum ꝙ suarũ temporalium horarum numerus quæ sunt inter eum & medij diei circulũ erit, sicut sunt horæ gradus præcedentis, istarum horarũ numerꝫ in numerum temporum horarũ sequentis multiplicando. At si horæ q̃ no'bis extiterint respectu medij cœli qđ supra terrã est accepit fuerint ea per q̃ multiplicabimus erunt tempora diurnalium horarũ. Si autẽ fuerit respectu medij cœli qđ est sub terra per nocturnaliũ horarum tẽpora multiplicabimus, deinde id qđ inter utranq; longitudinem ex superatione unius ad alterũ exierit accipiemus, quia ipsum erit numerus annorũ quæsitorum, & ut hoc qđ diximus sit euidentius, Arietis principiũ locus præcedens ponatur, locusq; sequens, sit Geminorũ initium. clima etiam in quo fuerimus quemadmodũ & illud cuius dies longior est. 14. horarũ, tempora igitur horarꝫ principij Geminorum erunt ferè. 17. ascendatq; primitus Arietis initium ita ꝙ Capricorni principium sit in cœli medio, tunc etenim erit longitudo Geminorum à medio cœli qđ est super terram. 148. temporꝫ ex æquinoctialis circuli tẽporibus & quia longitudo initij Arietis à medio cœli qđ est super circulum medij diei est. 6. horarum temporaliũ cum eas in. 17. tẽpora multiplicauerimus q̃ sunt quãtitas temporum horarꝫ initij Geminorꝫ, eò ꝙ longitudo. 1448. temporũ non est nisi respectu medij cœli, qđ est super terram, erit tempus huius longitudinis. 102. temporũ. Sequens igitur locus post tẽpora quot sunt tempora superationis quæ sunt. 46. ad præcedentẽ locũ mutabitur, tẽpora igitur ascensionũ Arietis & Tauri tot sunt ferè, quot & ista tempora, hoc aũt ita positum est, ut si locus alhileg sit ipse locus ascendens. Sit iterũ cœli medium Arietis initium, ita qđ si primã positionem initij Geminorũ longitudo à medio cœli qđ est super terram sit æquinoctialis circuli temporibus. 58. temporũ. Quapropter in hoc secundo loco, nobis obseruare cõuenit quando erit ea in quibus Aries & Taurus medij diei circulũ abscidunt. Ideoq; mediam diem accipimus sic, quandoq; ibidẽ alhileg esse ponimus. Item sit occidẽs Arietis principiũ super eundẽ modum ita ꝙ initiũ Cancri sit in cœli medio & longitudo principij Geminorũ à medio cœli ꝙ super terram est sit secundum signorũ accessionẽ. 32. temporũ ex æquinoctialis circuli temporibus. Rursus quia lõgitudo principij Arietis à medij cœli circulo, uersus occidentẽ est. 6. horarꝫ temporalium, cum eas in. 17. multiplicauerimus, habebimus 102. tempora, q̃ sunt à medij diei circulo Geminorũ initij longitudo cum occiderit, eratq; iam ipsius longitudo uersus hanc eandem partem, cum in suo primo loco fuerat. 32. temporũ [illegible] probatum est igitur ipsum ire ad occidentalem locũ in superatiõe q̃ est in[illegible] hæc duo tempora, qđ est tempus occasus Arietis & Tauri, ac tẽpus ascensionum duorum signorꝫ eis oppositorũ q̃ sunt Libra & Scorpius. ¶ Item nõ sit Arietis initium in angulorum aliquo, & ponamus eius longitudinem

uersus

uersus partẽ p̃missam à circulo medĳ diei triũ horarꝫ temporaliũ, ita quod
mediũ coeli sit 18. gradus Tauri, sitq́ꝫ Geminorꝫ principĳ longitudo cũ in
suo loco primo fuerit à medio coeli qđ est super terram secundũ signorũ
antecedẽtiam. 13. tempꝫ in ex æquinoctialis circuli tẽporibus. Cũ autẽ. 17.
tẽpora in tres horas multiplicauerimus, erit geminorũ initĳ longitudo à
medio coeli circulo cũ ad secundũ locũ peruenerit secundũ signorꝫ successi
onẽ 51. tẽporis. Erunt quidẽ hæc oia tpa 64. & iã perãbulauerat locus alhi-
leg, cũ in ascendente fuerat 46. In medio aũt coeli 58. In occidente uero 70.
Differũt itaq́ꝫ numeri tẽporꝫ q sunt inter occidẽtẽ coeliq́ꝫ mediũ, cũ eius lo
cus fuerit ab unoq̊q́ꝫ numerorꝫ q tunc sunt cũ ipsius locus aliter q̃ nũc di-
ximus extiterit, est eñ 64. tẽporꝫ, & secũdũ tres horas adiectiõis est eius dif
ferentia, eo q̃ superatio tẽporꝫ q̃ nobis extiterat cum per angulos operabi
mus q sunt de quarta in quartã circuli 12. tẽporꝫ fore nõ dubitat̃, cũq́ꝫ triũ
horarꝫ longitudo fuerat 6. tẽporꝫ erat superatio. Modũ aũt his omibus re
bus cõuenientẽ sic agendo ꝓsequemur, licet in hac alia leuiori apertioriq́ꝫ
uia q̃ mox enarrabimus, cõueniẽt uti possumus. Cũ accedẽs igit̃ gradus
fuerit oriens, ascẽsiones q̃ ab ipso usq́ꝫ ad sequentẽ extiterit in hoc obserua-
bimus. Cũ aũt in coeli medio fuerit ascẽsiões circuli directi cõsiderabimus
eũq́ꝫ fuerit in occidẽte, aspiciemus illorꝫ graduũ occidẽtia. At cũ int̃ hæc lo
ca steterit & erit exẽpli causa in supra posita lõgitudine Arietis tẽpora supa
tiõis unius ad alterũ eorꝫ. s. quæ debent̃ unicuiq́ꝫ duorꝫ ãgulorꝫ qui formã
tur ex utraq́ꝫ parte Arietis primitus accipiemus. Qua ꝓpt̃ quia pricipium
Arietis est int̃ angulũ medĳ coeli & angulũ occidẽtis, erat eñ positũ ipsius
initiũ post mediũ coeli qđ est super terrã, accipiemus tẽpora q̃ signo Gemi
norꝫ debent̃. si foret Aries in coeli medio quæ sunt 58. sumemus tempora q̃
debent̃ ei, si foret Aries in occidẽte q̃ sunt 70. Cũq́ꝫ sic factũ fuerit eorꝫ supa
tiones accipiemus, & tunc q̃ horarꝫ tẽporaliũ longitudo præcedẽtis pũcti
ab utroq́ꝫ duorũ angulorꝫ ei intrinsecus positorꝫ inuẽta fuerit, & quãta sit
eius pars ex 6. horis tẽporalibus quæ quãta sunt obseruabimus, & secũdũ
ipsius partis quantitatẽ ex superatiõe quã inter duos ãgulos inuenerimus
accipiemus. Quod aũt acceptum fuerit ab angulo cui relationẽ fecimus,
minuendũ uel addẽdũ fore decreuimus. uerbi gratia. Quoniam augmen-
tum qđ fit per has 6. horas positas 12. tẽporũ fuerat, & quia p̃cedentis loci
longitudinẽ ab unoquoq́ꝫ duorũ angulorꝫ triũ horarꝫ temporaliũ q̃ sunt
medietas de 6. posuerimus, accipiemus dimidiũ. 12. qđ addimus supra 58
uel minuimus ex 70. inueniemus augmẽtum esse 60. qđ si fuerit huius lo-
ci longitudo à q̊libet duorũ angulorꝫ, duarꝫ tẽporaliũ horarꝫ qđ est illarꝫ
6. horarũ pars tertia, tertiã partẽ de 12. quæ superatio sunt accipiemus qđ
est 4. Si aũt illæ horæ lõgitudinis à medio coeli longitudo fuerit, addimus
illa 4. tempora super 58. Si uero fuerit longitudo ab occidente, illa eadem
de 70. minuemus. Idoneũ est igitur ut ex hoc modo quantitates tẽporũ
prædictarum longitudinũ sicut conuenit & oportet, addiscamus. Reman
sit aũt nobis unamquãq́ꝫ speciẽ rerum p̃missarꝫ ipsi alhileg obuiantium
notificare, q̃ illarꝫ q̃ breuiores sũt tẽporis fuerint occidentia, & quæ fuerit
ex his q̃ uocãtur felimecaturaz, & alia etiã q̃ ei obuiare dicuntur. Cuius rei

cognitio erit ex sciẽtia iniquæ obuiationis impedĩctis, & bonæ iuuantis q̃ secundũ mox p̃dictum modũ euenire dicunt, nec nõ ex initijs annorũ sequentiũ super quos locus ille qui ipsi alhileg obuiauerit significatiõem habere nõ dubitatur. Nã cũ iniqua & infortunata fuerint obuiatiõis loca, fuerintq́ loca stellarũ in annorũ subsequẽtiũ initijs impediẽtia loca dñantia, illud qđ inde ꝓueniet ueracit͛ esse mortem nobis scire non est incongruũ. At si alterum istorũ duorũ tñ bonum fuerit, id qđ inde cõtinget magnũ felicaturaꝛ esse nõ dubitamus, q̃ sunt impedimẽta grãdia magni timoris. Quod si utraq; bona fuerit pigritiã & debilitatẽ uel impedimẽtũ aut exulatiõem seu peregrinatiões inde contigere manifestũ est, ꝓprias autem species in unaquaq; istarum rerũ cõtingentes ex similitudine loci rei obuiãtis rebus natiuitatis deprehendimus. & cũ quãdoq; dubitauerimus q locorũ earũ infectores esse debeãt, nihil nobis ꝓhibere poterit, qui existimemus & obseruemus res quæ in unaquaq; renati perueniũt ad alhileg, & in hoc qđ inde futurum est, id qđ ei assimilat͛, qđ ex accidentibus iam cõtingit & apparuit ꝓsequemur, eorumq́ modũ omnium cõsiderabimus, eo ꝙ modus in perfectiõe eorum q̃ per ea cõtingunt æqualis fortitudinis est in omnibus. Secundum hoc igitur nostrã inuestigationem & eorum augmentũ ac diminutionem constituemus.

De forma & figura corporis nati, ac de ipsius complexiõe. Cap. XI.

POst electiones uitæ perfectionẽ, formã & figurã corporis, ex rebus ꝑticularibus sicut ordinatim cõuenit enarrare primitus incipiemus, eo ꝙ corporis qualitates naturalit͛ animæ qualitates præcedũt. Ideo q̃a cũ corpus spissius sit q̃ plura in eo apparẽtia, quæ ipsius coadunatiõi sunt ꝓpria cũ ipso nascuntur. In anima uero nõ apparent, nisi ea q̃ ꝑ primã occasionẽ post natiuitatẽ & creationẽ in ipsa fuerit pedetẽti. Illa quidẽ q̃ sunt extra corpus multo post in futuro tempore post ista cõtingũt. Cõuenit autem nobis in uniuersalitate rei horizontẽ orientalẽ, & stellas quæ ipsum sequũtur ex erraticis, uel dominos dispositionis ex ipsis, eo q̃ modo p̃diximus obseruare. In rei uero particularitate esse Lunæ uelut hic, iterꝫ nobis cõsiderare cõuenit, eo ꝙ forma modusq́ corporꝫ, nõ nisi ex natura figurarꝫ istorꝫ duorꝫ locorꝫ, & ex figuris planetarꝫ, qui sunt eorꝫ dispositores ac ex cõmixtione eorꝫ quæ sunt in unaquaq; ipsorꝫ specie, nec nõ ex figura stellarum fixarꝫ cũ eis ascendentiũ depræhẽditur, & illæ quidẽ quarũ uires, aliarꝫ uires p̃cedunt, sunt stellæ dominatrices dispositionis, quas post adiuuat iterꝫ qualitas ipsis eisdẽ locis ꝓpria, resq́ ꝑticularis quæ leuiter & absolute ex eorꝫ modis enũciari potest, est id q̃d subiungitur. Primũ ergo qđ in stellis dicimus, est qđ cum Saturnus orientalis extiterit, subaudi & fuerit dispositor solus, erit natura in figura mellini coloris, mediocrisq́ crassitudinis, pili eiꝰ erũt nigri, capilliq́ capitis crispi, pectorisq́ pili spissi, oculi mediocres, corpus temperatæ magnitudinis, & super ipsius cõplexionẽ uincet frigiditas & humiditas. Cũq; fuerit occidentalis erit natus subniger, macilẽtus, parui corporis, planos & raros habẽs capillos, aptæ coadunatiõis, oculi eius

li eius nigri, & in ipsius cōplexione uincet siccitas. Cū Iupiter aūt dominus
dispositionis locorꝫ prædictorꝫ extiterit & orientalis fuerit, erit natus albi
coloris & cōuenientis, mediocris'qꝫ capillaturæ, Oculi eius mediocres, a-
ptæ staturæ, quātitatis'qꝫ moderatæ. In eius cōplexiōe calor & humiditas p̄
ualebunt. Sed si fuerit occidentalis erit albus, præter qꝫ non adeo erit aptæ
albedinis sicut supra diximus, erunt etiam illius capilli plani, & ex anterio
ri parte caluus, oculi mediocres, & ipse corporis mediocris, uincet in istius
cōplexione humiditas. Cūqꝫ Mars orientalis extiterit albedinis & rubedi-
nis erit eius forma, particeps bonæ quantitatis & idoneæ carneitatis, oculi
eius uarij, capilli spissi & mediocres, in ipsius cōplexione prævalebūt calor
& siccitas. Si occidentalis aūt extiterit, natus tm̄ rubei coloris erit, & mode
ratæ quātitatis corporis, paruos habēs oculos, & raros ac planos capillos
ac flauos, uincet in eius cōplexione siccitas. Veneris quidē opa Iouis operi-
bus assimilatur, præter q̄d ea quæ ꝑ ipsum cōtingūt pulchriora sunt, & ma
gis recipiuntur, eiusqꝫ pulchritudo mulierꝫ pulchritudini magis assimilat̄,
erit etiā melioris figuræ & cōuenītioris qualitatis animæ, corporis'qꝫ mol
lioris est. Item ex ipsius ꝓprietatibus est oculos subruffos & idoneos face-
re. Cum Mercurius itē orientalis extiterit natus colori mellis assimilatur,
eritqꝫ i quātitate corporis moderatus, aptæ coadunatiōis, paruorꝫ oculorꝫ
capillos habens mediocres, & in illius cōplexione calor prævalebit. Sed si
occidentalis fuerit, erit natus subnigredinis crocei'qꝫ coloris participās, ma
cilentus, uocē habens exilē, & canos orbes, erit etiā ipsorꝫ oculorꝫ pupilla
uelut oculi caprini declinans rubedini. In ipsius cōplexione siccitatem præ
ualere nō dubitatur. Vnāqꝫqꝫ uero istarꝫ stellarꝫ adiuuant Sol & Luna cū
eis associant̄ in figura. Sol etēm adiuuat in figura & formositate ac in cor-
poris pinguedine, Luna uero gn̄aliter iuuat in temperie & macie uel humi-
ditate. Maxime aūt cū ab eo separat̄, particulariter etiā erit eius auxiliū se-
cundū ꝓprietates illius quod ei inest ex lumine, quēadmodū in huius libri
principio narrauimus. ¶ Stellæ igit̄ gn̄aliter cū matutinales fuerint & ap-
paruerint magna corpora facient, & cū in statione prima fuerint uigorē ac
fortitudinē eis tribuent. cūqꝫ præibunt ea cōtēperabunt, & cū in secūda sta-
tione se mouerint illa debiliora facient, cū autē occiderint eorꝫ miseriā & im
pedimenta ac grauitates operabunt̄. Ipsa iterū eadē loca in quibus fuerint
nati formā & figurā eiusdēqꝫ cōplexionē ut prædiximus adiuuabunt. Vni
uersaliter etiā quarta q̄ à puncto æquinoctiali uernali usqꝫ ad solstitialē æsti
ualē producit, natū boni coloris, status'qꝫ cōuenientis, aptæ'qꝫ carneitatis,
oculorꝫ bonorꝫ fore demonstrabit, & in ipso calor & humiditas prævale-
bunt. Quarta uero q̄ à solstitiali æstiuali usqꝫ ad æquinoctialē autūnalē pū
ctum distendit̄, tēperatā & mediocrē corporis q̄titatē & cōpetentē carneita
tē, grandos oculos, spissos capillos atqꝫ crispos nato donabit, uincet in eo
calor & siccitas. At quarta quæ à puncto æquinoctiali autūnali usqꝫ ad sol
stitialē hiemalē ꝓtrahitur, colorē mellinū atqꝫ maciē gracilē'qꝫ uocē, spatu-
las amplas, capillos mediocres, aptos oculos natū hr̄e designabit, & in eo
frigiditas & siccitas p̄ualebūt. Quarta aūt q̄ à solstitiali hiemali usqꝫ ad uer
nalē punctū æquinoctialē collocat̄, nigrum colorē & temperatū corporis

 q̄titatē

q̃titatẽ, planos capillos & raros, aptã'q; coadunationẽ nato dare nõ dubitabimus, uĩ cet ĩ eo frigiditas & humiditas. Particulariter aũt loca q̃rũ figura figuris humanis assimilãtur ex figuris .s. inter circulũ signoꝝ & extra conformatis apte & tẽpatæ coadunatiõis corpa cõformabũt. Illa uero q̃rũ figuræ nõ sunt uersus tẽperiẽ corporis in hoc q̃d eoꝝ figuris assimilãtur imitare ꝓbãtur, & eoꝝ mẽbra suis mẽbris q̃libus assimilari similitudine faciũt, ea nãq; ad magnitudinẽ uel paruitatẽ ad fortitudinẽ q̃q; seu debilitatẽ ad cõueniẽtẽ uel in cõueniẽtẽ coadunationẽ faciũt fore ꝓcliuiora. Nã illa quæ ad magnitudinẽ ea ꝓducũt, sunt ut Leo, Virgo, Sagitarius, ad paruitatẽ, ut Piscis Cãcer & Capricornus. Itẽ id qđ ex Ariete, Tauro, Leonẽ uersus eoꝝ initia, & in altiori parte fuerit ad pinguedinẽ mẽbra faciet meliora ꝓcliuiora. Qđ autẽ uersus inferiora, & eoꝝ extrema locat, ea maciei magis applicat. In istoꝝ uero cõtrario id q̃d ex Sagitario, Geminis & Scorpionẽ uersus sua principia ponit, ad maciẽ declinare facit, & illud q̃ istoꝝ extrema sibi uendicat facit ea ad pinguedinẽ ꝓcliuiora. Itẽ Virgo Libra & Sagittarius uersus tẽperiẽ, & bonã coadunationẽ corpori ꝓducũt. Scorpius aũt Pisces & Taurus illa remouẽt à temperie. aliaꝝ itaq; figuraꝝ q̃litates, & aliter obseruare easq; ad inuicẽ cõferre, & ꝓprietates in forma corpoꝝ, & eorũdẽ complexiõe, & eaꝝ omniũ rerũ cõmixtiõe coadunatas nobis inde coniicere cõuenit.

De impedimẽtis & infirmitatibus accidẽtibus corpori nati. Cap. XII.

QVoniã enarratio impedimẽtoꝝ, & infirmitatũ accidẽtiũ corpori pmissa subsequtur eã: hãc inuestigãdo speciẽ ꝓsequemur, q̃ est ut subiũgitur. Cũ in isto loco hoc iteꝝ generaliter scire cupimus, duos angulos hemisperii, q sunt ascendens & occidẽs. ꝓpriæ aũt ipsum eundẽ occidẽtẽ illud etiã qđ ante ipsum est, q̃d id esse manifestũ est, cuius nullã cũ ascẽdẽtis angulo colligatiõem fore dicimus, duas quoq; stellas infortunas & q̃lis sit earũ qualitas, respectu horũ locoꝝ nos obseruare cõuenit. nã cum utræq; uel earum altera respectu graduũ ad loca prædicta ascendentiũ in ipso eodem loco uel in eius quarto seu opposito aspectu fuerint, infirmitates & impedimenta in ipso nati corpore cõtingentia euenire non dubitabimus. Maxime aũt cũ alterũ uel utrũq; luminare fuerit in angulis eo modo quo p̃diximus ut in eodem secundo uel duobus ad inuicẽ oppositis, sit utrũq;, tũc etenim nõ solum cõfortatur infortunarũ alterum cũ ad eos ascenderit post luminaria & in angulo fuerit infortuna, ad aliquid ex p̃dictis infirmitatibus faciẽdum, ut infirmitates quas emisperii loca significãt, & loca signorum naturæq; stellaꝝ infortunãtium & infortunaꝝ, stellæ quoq; q̃ eis associanẽ in figura. Verum etiã super hoc iterum cõfortatur cum ascẽderit ante luminaria, eò q̃ uniuscuiusq; signi partes circundãtes partẽ recipiẽtẽ lumen ex emisperii partibus. dico partem impedimenta suscipientem, eam corporis partem in qua futurum cõtinget significant. designãt etiam utrũ id qđ eueniet impedimentum sit uel infirmitas aut utrũq;. Naturæ quoq; stellarum impedimẽta & casus specificant, eò q̃ Saturnus habet ex digniori bus partibus hominis auditum dextrũ, splenẽ, uesicã, & flegma. Iupiter uero

uero tactum, pulmonem, costas, cartilagines ac sperma. Mars aūt sinistꝝ auditum, rignones uenas & testiculos. Sol uisum cor & cerebrum neruos & omnia dextræ partis membra. Venus odoratum epar carnem. Mercurius locutionem, deliberationem, memoriā, linguam, fel atq; nares. Luna gustum & deglutitum stomachum, uentrem, mulierum pudenda, & omnia sinistræ partis membra. Impedimēta uero generaliter cōtingent in maiori parte, cū infortunatrices stellæ quæ sunt, & eaꝝ occasio fuerint orientales. Infirmitates aūt euenient cū eædē stellæ fuerint occidētales, eo quòd inter utrumq; istoꝝ duoꝝ est separatio. Nā impedimēta nō nisi semel cōtingēt, nec multum durabūt. Infirmitates uero uel semper durabunt, aut reciprocādo cōtingent. In rebus uero per quas accidentia particularia dep̄hendun tur cū ipse ꝓpriæ experimētatæ sunt, & obseruatæ figuræ & q̄litates inuētæ sunt infirmitates & impedimenta significātes, q̄d dep̄hensum est ex accidentibus q̄ sequūt & accidūt in parte maiori secundū consimiles positiones stellaꝝ in qualitatibus. Erit em̄ in altero oculoꝝ uisus amissio, cum Luna sola fuerit in p̄dictis angulis, fueritq; in ipsa hora coniūctio uel p̄uentio uel cū fuerit in alia figura cū soli, & habuerit alictisal cū aliq̄ stellaꝝ alaceha q̄ nubib⁹ assimilāt, & sunt in signoꝝ circulo uelut stella nubilosa, q̄ est i Cācro & athoraiæ, q̄ est in Tauro & cacumē sagittæ Sagittarij, cauda q̄q; Scorpiōis, & id qđ est circa aldhafera ex partibus Leonis, nec non calbec Aquarij. Cūq; Luna fuerit in aliq̄ anguloꝝ occidentalis, fuerit Mars solus uel Mars & Saturnus orientales euntes ad eā à longe, uel si Sol fuerit in anguloꝝ aliq̄, & ante eū hæ duæ stellæ ascenderint, uel si duobus luminaribus associentur in figura, & utrumq; luminare in uno eodēq; signo, uel in oppositis & respectu Solis matutinales extiterint, Lunæq; respectu uespertinales in utroq; oculo futuꝝ cōtingēt. Per Martē igitur id qđ ex amissione uisus p̄diximus eueniet aliq̄ actu, uel ferro aut cōbustione. Et si Mercurio fuerit associatus in figura cōtinget hoc ex luctamine uel ludo, siue per hoc qđ ei ab iniqs fiet. Saturnus autē faciet hoc ex oculoꝝ albugine uel frigiditate, aut iaculatione, et ex his similibus. Item cū Venus in aliq̄ p̄dictorū anguloꝝ & ꝓprie in occidētali fuerit & extiterit cū Saturno, uel ei in figura associata fuerit, suaq; loca cōmutauerit. fuerit Mars eleuatus super eā uel in eius oppositiōe cōtinget, ex hoc hominibus nō habere filios, mulieribus aborsum, & partus intēpestiui, qn̄q; etiā pueroꝝ detruncatiōes inde cōtingent, & ꝓprie in Cācro ac Virgine & in Capricorno, & cum Luna ab oriēte habuerit alictisal cum Marte. Qđ si hoc iterum modo Mercurio & Saturno Venus associetur, eleuēturq; super eā Mars, uel sit in eius opositiōe per diametrū, natus erit absq; testiculis aut hermafroditus uel clausus, & cū hoc ita fuerit, & Sol iterum in figura fuerit associatus, masculinaq; fuerint luminaria, & Venus & Luna occidētalis, infortunæ q̄q; in gradibus sequentibus, si natus fuerit masculus ementulabitur, uel in suis impedimēta testiculis accidēt. Maxime autē cum hoc in Leone, Ariete, siue in Scorpiōe aut Capricorno seu Aq̄rio fuerit. Si fœmina uero fuerit, erit sterilis, & forsan istorum aliqs oculorū impedimēta nō effugiet. Nati qdem q̄ꝝ linguæ tenēt in loquēdo, & q balbuciētes existunt, sunt hi qbus Satur

nus & Mercurius in p̄dictis angulis cum Sole fuerint. Maxime quidem cum Mercurius occidētalis extiterit. & utriq; Lunæ in figura associatus fuerit. Mars autē si cū his duobus stellis fuerit, ex quo Lunæ associet̃ suarū linguarū tenacitatē in pte maiori denodabit. Itē cū ad infortunatrices stellas et ĩ angulis ĩfortunatas inerit lūinaria, uel cū ĩ opposito luminariū infortunatrices fuerint, ꝓprie aūt cū Luna fuerit in altero duorū nodorū uel in caſmō, aut in signis infirmātibus, ut Aries, Taurus, cancer, Scorpius & capricornus, cōtingent corpori gibbositatis impedimenta uel alicuius membris destructiones, ut claudicatio, desiccatio, aut disiunctio. Quod si fuerint cum luminaribus infortunatrices ab ipsa hora partus hæc eadem impedimenta cōtingent. Si autem in cœli medio fuerint & super luminaria eleuent̃ fuerintq; loca earum in lōgitudine cum eis aduenerit hæc impedimenta per accidentia maxima plena timoris, ut præcipitatio uel casus in manus latronum, seu per quadrupedia. Et si Mars eleuatus extiterit & dominetur ex cōbustiōe ignis uel ex plagis maximis, siue quia in latronū manus incidet, hæc cōtingent impedimenta. At si Saturnus eleuet̃ & dn̄et̃, hæc eadem accident impedimenta ex p̄cipitatione, uel submersione, aut ex paralysi. Impedimenta q̄dem q̄ frequentius accidunt, cū Luna in duobus pūctis æquinoctialibus & duobus solstitialibus existit sunt hæc. Cū fuerit itaq; Luna in puncto æquinoctali uernali, impedimentū inde contingens erit ꝓprie morfea, & si fuerit in puncto solstitiali æstiuali erit impetigo, & in puncto æquinoctiali autumnali, erit albaras. at si fuerit in puncto solstitiali hyemali frequētius inde contingēs erit lentigo & similia. Accidunt autem infirmitates, cum infortunæ p̄dicto modo associātur in figura Soli uel Lunæ, modo tamen cōtrario. i. ut ei associent̃ & sint matutinales & associent̃ Lunæ & sint uespertinales. Illud aūt qđ generalit̃ ex īfirmitatibus cōtinget est id qđ subiungitur. Cōplexiōem uentris nati, faciet Saturnus frigidā & ualde flegmaticā, aut ex humoribꝰ ad mēbra discurrētibus macilētū, morbidū, & ictericū, plagā etiā ĩ intestinis, tussim, sputū, cauleg atq; leprā, & cū his oībus accidet mulieribꝰ dolor uuluæ. Mars aūt spuriū sanguinis & melācholiā q̄ ex nigris coloribꝰ ꝓuenit, apostemata in pulmone atq; scabiē, & cū hæc accidēt ei, semꝑ impedimēta ex incisiōibus & adustionibꝰ in eo factis ꝓpt̃ infirmitates q̄s ĩ occultis locis patiet̃, ut sunt ficꝰ atq; fistulæ, et id q̊d in corꝑe nascit̃ et amplificat̃, aut quēadmodū sunt ulcera calida ignea, necnō et ulcera q̄ corrodēdo crescūt mulieribꝰ, etiā cum his accidēt pueroꝝ aborsus & eoꝝ detrūcatiōes, p̄dictæ q̊q; naturæ stellaꝝ q̄ ad ĩuicē associātur in figura, ꝓprias infirmitates in mēbris corꝑis qn̄q; faciūt q̄s in augmēto malitiæ Mercurius adiuuat. Saturnū etem̄ iuuat in infrigidādo & ꝓprie in decursu humoꝝ ad mēbra, et in eoꝝ nocumētis. Maxīe aūt in his q̄ ad palatū & pectꝰ atq; stomachū discurrūt. Martē uero iuuat ĩ desiccādo, & in his q̄ ex desiccatiōe ꝓueniūt, ut sunt crustæ ulceꝝ, et ele[illegible]e dubailet, et erisipila, et impetignes iniq̄, melācholia, frenesis, epilēsia, et his similia. Hæ iterū habēt qn̄q; ꝓprietates secūdū signoꝝ differētias, ĩ q̄bꝰ fuerit earū societas ĩ p̄dicta figura, q̄ suꝑ duos angulos fuerit, nā Cācer, Capricornꝰ, Pisces, & oīa signa q̊ꝝ figuræ syluestribꝰ animalibus atq; Piscibus

assi=

assimilãtur infirmitates ꝓprie generãt q̃ corrodẽdo augmẽtant. Petigines & excoriationes forofulas, fistulas, lepras, & his similia. Sagittarius aũt & Gemini faciũt casum & epilẽsiã, & his similia. Cũq; in postremis partibus signoꝝ stellæ fuerit accidẽs, infirmitas ꝓprie i corpis extremis apparebit, q̃d euenit ꝑpter impedimẽta ei cõtingẽtia, & ꝑpter humoꝝ decursus, ꝓ q̃s lepra ꝓuenit, et secũdũ maiorẽ partẽ podagra & ciragra inde cõtingit, cũ hæc ita fuerint si fortunæ nõ associẽtur in figura stellis infortunãtibus, q̃ sunt hoꝝ occasio, nec lunarib⁹ etiã in angulis existẽtib⁹, erũt infirmitates & impedimẽta inde ꝓuenẽtia ualde grauia & incurabilia. Idẽ iteꝝ eueniet cũ eis associãtur in figura, & sup eas eleuatæ fuerint infortunæ uel magis fortes. Cũ aũt in suis dignioribus figuris, & fortiores infortunijs, q̃ sunt opeꝝ occasiões fortunæ fuerit, tũc nõ erũt impedimẽta turpia, nec ad uere cũdiã erũt etiã infirmitates leues, q̃ cito qescũt. Hoc aũt eueniet cũ fortunæ fuerit orientales. Iupiter etenĩ occultat impedimẽta, et qescere facit infirmitates alioꝝ auxilijs ei causa pecuniæ uel ꝓbitatis attributus. Cũq; fuerit cũ Mercurio delebit infirmitates cum medicaminibus, uel per iustorum medicorum medelas. Venus autem decorabit impedimenta parte quadã decorationis, causa, diuinis occasionibus uel prophetijs, infirmitates quoq; quo quomodo lenit, & eas medicaminibus diuina occasione prouenientibus cessare facit. At si Saturnus cum ea fuerit, erit hoc notũ & manifestũ uel horum æquipollens. Et si Mercurius cum ea fuerit, fiet hoc cum proficuo & lucro patientis, quod propter hoc patietur illi continget.

De qualitatibus animæ nati, Cap. XIII.

Modus quidem quo corporis accidentia ꝓgnosticant est hic quem prædiximus. Ex animaꝝ uero qualitatibus id qđ ꝓprie intellectui & ratiõi pertinet per Mercurij qualitates semper agnoscit. Illud autẽ qđ est irratiõabilitatis exaltatio duũ luminarium grossis corporibus, ꝓpinquiori qđ Luna dicitur, nec non ex stellis in figura ei associãtibus, & cũ ea aliciũsal & alinchiref habentibus deprehẽdit. Quapropt̃ quoniã motus animæ eius q; qualitates multoꝝ sunt modorũ ut eoꝝ inuestigatio uno eodẽq; calle plano & qualitercũq; ꝓcedat, nullatenus cõuenit, sed ut multis obseruatiõibus diuersis q; cõsideratiõibus attendat, eõ q̃ signorum differẽtia in q̃bus Luna Mercurius q; & eorum domini fuerit, ꝓprietatum aĩæ qualitates multũ iuuant. Societates iterũ figurarum stellaꝝ in prædictis respectu Solis & angulorũ partẽ habentiũ, qualitates q̃q; naturis uniuscuiusq; stellaꝝ ꝓpriæ animæ motibus auxiliantur. ¶ Ex signis igit̃ mobilia, generaliter faciunt animam res uernos & in uniuersalitatis atq; ciuitates diligere eam. Item laudem affectare cõpellunt, ac diuinis cogitare & esse acuti ingenij laudabilis motus, inuestigatricem, liberalẽ alijs, bonæ opinionis & in stellarum iudicijs peritam. ¶ Cõmunia faciunt eã multiformem leuis mutatiõis, difficilem ad cognoscendum, agilem, amãtem, instabilem, dolosã, multiuolam, amatricem musicæ, habilem, perspicacis intellectus, pœnitibilem. ¶ Signa uero fixa faciunt eã rectã, infallacem, imobilem, boni ingenij quietam

quietā, intelligentem, patientē laborem, toleratricē, rigidā, refrenantē uoluptates, inuidā uolūtatis, efficacē, imitatricē, honoris amatricē, cōtentiosam transgressoriā, incōuertibilē ex stellarum qlitatibus earumq; figuris, id qd orietale fuerit & ascēdēs. Proprie aūt id qd in sua almiua sibi ꝓpria fuerit faciet animā liberā, idoneā, & in sui ipsius cōsilio cōfidētē, rigidā, acuti ingenij, largā & apertam. Stellarū autē matutinalium statiōes, & cum in medio cœli fuerint, faciunt animas cogitatrices, fixas, memores, quietas, intelligentes, magnanimas, immobiles, inconuertibiles, infallaces, cognoscentes, operarias, inuestigatrices, in ueris scientijs peritas. Ascensiones quoq; stellarum in noctis exordio & earum occasus faciunt animas leues, agiles, debiles, laborum intoleratrices, leuiter passibiles, infortunatas, pusillamines, efficatrices, pusillanimiter magnas, tentantes, fessas, tarde, mobiles, solitarias Stationes quidem stellarū uespertinalium, & cum fuerint in cœli medio q sub terra est. Occasus etiā Veneris ac Mercurij uespertinalis, cū tempus diurnū fuerit, & earundē matutinalium occasus cum tempus nocturnū extiterit, reddet amniā mūdā, purā et sensatā, incōuenictis memoriæ, illaboratricē, nullius laboris amatricē, rer; secretar; īuestigatricē, et occultor; inqsitricē, uelut nigromātiæ, abscōditor;, rer; altissimarū, ac sciētiæ instrumētorum & machinarum, operum mirabilium, & iudiciorum stellarum, eā etiam faciet ꝓphetatricē, & secundū artes augmētatricē, somniorū interp̄tem & his similia. ¶ Itē stellæ quæ rerum animarnm dispositiōi dominātur cū in suis locis suisq; haiz sibi ꝓprijs atq; similibus fuerit, sicut ī p̄missis explanauimus animarum ꝓprietates apertas faciunt, quarum effectus nihil impedire poterit, & quarum unaq̄q; parte sola manebit & ꝓsperabit. Maxime autē cum unæ eædē stellæ duorum locorum dominatrices fuerint .i. ut loco Mercurij qualitercunq; associentur in figura & à Luna separātur uel habuerint cum ea alictisal. Quòd si nō ita fuerit, ut dictum est, uel si in locis sibi nō ꝓprijs extiterint earū ꝓpriæ naturæ, qualitates animæ nō apertas, sed occultas faciēt & imperfectas q̄ nō ꝓsperabunt. Naturæ uero stellarum illis dominātium, uel super eas eleuatarum animarum humanarū, opera rigida, suisq; subiectis nociua faciunt, uelut iniusti hoīes & iniq̄ qbus ꝓpt infortunarum similitudinē hæc cōtingūt, q̄ cum domināturipsorum motus ad alios impediēdum leues faciunt, q nihil ꝓhibebit, nullaq; erit in eo difficultas. Cum autē istis dominahunt stellæ q̄ fuerint ex haiz earum haiz cōtrarijs eos infirmi noīs esse faciunt, nec ꝓsperabunt, & ex eis supplicia sumētur. Nec nō etiā queādmodum iusti hoīes & æq qbus p̄ similitudinē fortunarū hoc accidet, sup̄ quas cum nihil eleuetur in alijs benefacere gaudebunt, & illud cōmēdabunt, nec aliqd eis inde dānum cōtinget, imò eorundē bonitas sui ꝓficui erit occasio. Cum autē earum cōtrariæ stellæ super eas eleuē ur cōtinget p̄dictorum contrarium & ꝓpter eorum molliciē atq; getē dilectionē etiā in hominibus & pietatē, paruipēdent ab hoībus & inculpabunt, & eis uiolentiā inferent. Hæc igit̄ est uia generalis qua sensatæ et rationales aīæ qualitates ꝓnosticātur, ꝓprietates autem particularium q̄ ex stellarum naturis secundum earum dominiū cōtingunt elocutiōe generali edocebimus, usq; ad cōmixtionē q̄ generali calle dep̄hēdit̄ p̄ueniamus.

¶ Cum

¶ Cum solus igitur Saturnus dispositiõi rerum animarum dñetur, fu-
rit'q; dominus Lunæ & Mercurij. si respectu mundi & angulorũ cõueniẽs
fuerit, natus iustos homines amabit, & erit rigidi, pfũdi'q; cõsilij, in sui etiã
ipsius cõsilio permanebit. laboriosus erit & disputator, qñq; autem à ueri
tate modi cum declinabit, erit'q; locuples & appetitor regni uersipellis
lis thesaurizator, subterraneus inuidus. ¶ Si aũt in huius q̊d diximus cõ-
trario extiterit, ut in cõuenient' uidelicet existat natus fuerit, immũdus, uilis
pusillanimus, insciens, in suo tantũ cõsilio permanens, inuidus, inaudax,
ab hominibus separabitur, in uerbis dolosus, amator occultationis & lu-
gubrij, inuerecundus, infortunatus, laboris amator, neminẽ diligens, dece
ptor amicorꝝ, nunq̃ gaudebit, bonorum maliuolus. ¶ Qđ si Ioui assimi-
letur secundũ qđ p̃diximus, eius'q; qualitas cõmendabilis fuerit, natus erit
iustus, senes honorabit, erit'q; sani cõsilij, adiutor regni, cognitor, magnani
mus, bonæ notitiæ, dilector amicorũ, quietus, intelligens, patiens, philoso
phus. ¶ Sed si huius stellæ qualitas p̃dictis contraria fuerit, natus erit igna-
rus bene facere, insensatus, circa diabolica cõuersabitur, in horatorijs com-
morabitur, futura p̃dicet, abhorrebit habere filios, non habebit amicos,
morabitur in criptis & speluncis, cum hominibus non conuersabitur, nec
in eo quis confidet, erit insipiẽs, malus, debilis, honorem nõ amabit, pœni
tẽs, malæ receptionis, electionis malæ, laboris patiens. ¶ Qđ si Marti assi-
milet' & ipse bonæ qualitatis & laudabilis existat, erit natus nõ cognoscens
ualde laboriosus miser & imbecillis, nocens, magna cũ timore tẽrabit, erit
grauis barattator, nõ pius, oĩa paruipendet, ĩmoderatus, bellicosus, animã
suam ponet in timore, amabit conturbatiões proditor erit, aliorꝝ perturba
tor, inuidiæ pessimæ, pro euentu aliquo eius anima mutabitur, homines
laborare faciet, ui præerit alijs, transgressor, odio reges habebit & princi-
pes, amabit ipocrisim, & uictoriã, inuidus, male profunditatis, erit grauis
ad tolerandum, rusticitate plenus, intolerabilis, ostentator sui iniquus, ho-
minibus nocebit, & eos uilificabit ac odio habebit, nec mutabit', nec altera
bitur, intromittet se de pluribus, & ab eis leuiter recedet, erit artifex & stu-
dens generaliter etiam prosperabitur. Sed si hæc stella fuerit in prædicti cõ
trariũ, natum faciet esse deprædatorem, ac uiarũ ascisorem, miserũ, malæ
qualitatis & mali lucti, deum nõ timebit, nec aliquẽ amabit, blasphemator
perturbator, latro, deceptor, pditor, interfector, incestus malus ipsius, ho-
micida, nigromanticus, depredator oratorij, fornicator, sepulchrorꝝ uiola
tor, & generaliter nequam erit in omnibus. ¶ Qđ si Veneri Saturnus assi-
milet', & ipsa bonæ qualitatis existat, natus mulieres abhorrebit, senes &
roncinos amabit, erit'q; malæ receptionis, honorem non appetet, abhorre
bit formosa, erit inuidus malæ societatis, ab hominibus segregabitur & in
sui ipsius consilio confidet, deum uerebitur, erit'q; cælari cõsilij, malæ legis,
amabit occulta, diuinator, de diuinis cogitabit, pacificus, uerecũdus, ama
tor scientiæ, fidelis, abstinẽs, deliberator, ab ĩmundis se abstinẽs, tædiosus,
& in mulieribus zelotipus. hæc aũt stella cum fuerit in p̃dicti contrarium,
natus erit fornicator & ĩmundus turpia committet in suis, turpis adulter, à
mulieribus se decipi permittet, maxime aũt à suis cõsanguineabus, erit ual

de miser, imbecillis omnibus modis, circa uenerios actus absq; intermissi
one solicitabitur, abhorrebit formosa, maledicus, superbus, celabitq; ani=
mū, uilis, sceleratus, in coitu turpit, & extra naturā Veneri subijcietur. Hic
autē cū annosis & uilibus hominibus, & cōtra legē, cū bestijs etiā facere de=
siderabit, deū nō uerebitur, uilipendet secreta, & orationis domo satsana ca
stasa & omnia uilipendet, erit nigromāticus, & de omnibus se intromittet.
¶ Qđ si Mercurio Saturnus associetur, & ipse bonæ qualitatis existat, erit
natus rerū atq; legū inquisitor, & inuestigator, amabit medicinæ sciētiā, oc=
cultus, occultorū deliberator, mira faciet, sophista erit, leuis, dispositor, bo=
ni ingenij, amaræ animæ, inuestigator, acutus, amator intelligentiæ, & ope
rum ei etiā bene cōtinget. At si hæc stella fuerit in prædicti cōtrariū, erit na=
tus inuidus animæq; turbidæ, laboriosus, odiosus, habebit cōsanguineos,
erit laboris amator, tristis, in nocte turbabitur, ꝓtentor, deceptor in suis ne
gocijs, nō associabitur hominibus, latro, sciēs, nigromāticus, incātator, uer
sutus, non prosperabitur. ¶ Iupiter autē cū sol9 extiterit dn̄s dispositiōis a
nimæ, si laudabilis qualitatis fuerit, erit natus magnanimus, largus, iustus
uerecūdus, hilaris, homines amabit atq; formosa, liberalis, æquus, magnæ
cogitatiōis, mansuetus, egregius, in suis operibus pius, benefaciet homini
bus, amabilis ductor. Qđ si fuerit in p̄dicti contrariū, erit qualitas animæ
nati, similis p̄dictis, p̄ter q; in his erit debilior, & magis occultus, & absq;
bono intellectu, loco namq; magnanimi erit ꝓdigus, loco iusti seruiet dia=
bolo, uel erit malæ opiniōis, & uerecūdiæ loco erit caudardus, & loco mā
sueti erit superbus, erit etiā loco diligendi hoīes bonæ qualitatis animæ, &
loco amādi formosa, diliget delectatiōes, at loco magnæ cogitatiōis erit cō
tumax, & ꝓ libertate inscius & his similia. ¶ Qđ si Marti Iupiter assimilet
& qualitatis ipse laudabilis existat, erit nat9 uersuti, placitator, bellicosus,
dispositor, nūc agēs fortissimus, & nulli humiliabit, erit etiā homo exercitu
um & operū, cupiēs uīdicari, & penitus superare, semetipsum dn̄m faciet, e=
ritq; rerū inuctor, rei ueritatē nō ignorabit, ꝓuidus erit & magnanimus, ꝓ
sperabitur, quæret etiā honorari, iracūdus, rerū cognitor, multisq; multa
mandabit. At si hæc eadē stella in huius p̄dicti cōtrariū extiterit, erit natus
blasphemator, & uerborum perturbator, impudēs, nullius rei celator, uili
pēsor aliorū, hypocrita, mēdicus, superbus, inobediens, dep̄dator, leuiter al
terabitur, leuis, pœnitens, instabilis, uilis, infidelis, nullius noticiæ ac consi
lij, insensatus, raptor, suorū amissor, & generaliter diuersarū erit qualitatū
modorūq; mutabiliū. ¶ Quod si Veneri fuerit similis & laudabilis quali=
tatis existat, natus erit simplex, amās nitiditatē & magisteria atq; rerū inue=
stigatiōes, cātos etiā & iocos atq; comestiōes appetēs, eritq; bonæ qualitatis
animæ, pius, sani cordis, deū amabit & illi seruiet, cupiet etiā amore dei la=
boriosus esse, erit sensatus, & amans, humilis animæ splendidæ, grauificus,
munificus, librorum lectiōes nullatenus adhorrebit, erit rerū cognitor, &
circa legitimos Veneris actus temperatus, suos etiā cōsanguineos amabit,
honoris nominisq; formam concupiscet Generaliter quidem erit iustus &
probus. Sed si hæc stella fuerit in prædicti contrarium, natus erit illabori
osus, delicatæ uitæ, muliebris animæ, saltator, eius ira mulierum ira assi
mila

milabitur,erit prodigus,in rebus mulierum insensatus, procus,libidinosus,delinquens,capillorum ornatus amabit,semetipsum extollet, nescius suorum amissorum gaudebit,in hominum erubescentia leuiter impediet, sui compos erit,fœmineiq; sensus,in rerum ecclesiasticarum dilectione praeualebit, in rebus praecedet, erit occultator,& fidelis, omnium malorum ignarus, cunctis obnoxius. In suis operibus commendabilis & liberalis in omnibus quae fecerit. ¶ Quod si Mercurio Iupiter assimiletur, & fuerit qualitatis idoneae, erit natus in librorum lectionibus assiduus, amabit sillogismos, & erit geometra, peritus in quadriuio, uersificator ac sermocinator, acuti ingenij, humilis, boni consilij, laudabilis in moribus, beneficus, dispositor, bonae qualitatis animae, dapsilis congregationis, bonae opinionis amator, bene & subito incoepta perficiet, erit homo regiminis, bonae credulitatis,medicus regis, deum diliget, bonae animae amabilis, consanguineos amabit, indolis erit bonae, amator scientiae, homo diuitiarum. Quod si haec stella praedicti contrarium optinuerit, erit natus stultus, stultiloquus, frequenter falletur, miser, continget ei alantusimus,diuinis adhaerebit,impetuosus erit, amator animae, cum sit stultus, sapiētem se putabit,superbus,perturbator,in alterius seruitute semet ipsum collocabit,motus erit inordinati,uerbosus,bonae memoriae,homo doctrinae & appetitus rigidi. ¶ Quod si Mars animae dispositioni solus dominetur & laudabilis qualitatis existat, natus erit fortissimus, & potēs iracundus, armorum appetitor, animosus, ponet animam suam in mortis periculo, nulli se humiliabit, destructor, in suis confidet uiribus, primus in bello, uilipendet omnia, uiolentiam hominibus ingerit, & erit homo regiminis. At si haec eadem stella fuerit in istorum quae praediximus contrarium, natus erit tediosus,blasphemator,sanguinis effusor, cōtrarietatum amator, consumptor,garrulus, stultus, superbus,depraedator, in ipsius maleficijs inordinatus, deinceps consanguineos abhorrebit & deum ignorabit. ¶ Si uero similis Veneri fuerit, & idoneae qualitatis extiterit, natus erit alacer, & bene morigeratus,suos amabit socios,mollis uitae, iocosus, bonus homo, aptae complexionis & formae, amabit saltationes,procus,homo diuitiarum & quietis,uir leuis in coitu,ei tñ inde cōtinget bene,sibiq; praecauebit,sapiēs,uerecundus,& cognitor,item libēter habebit rem cum uiris & mulieribus, erit etiam deuastator, leuis iracundiae & zelotypus. Quod si haec eadem stella in praedicti contrarium conuersabitur,natus multus ac superfluus erit in coitu, diuersarūq; qualitatū oēs uilipendet,delinquens erit,blasphemator,mendax,ꝓditor,suos & alienos decipiens,appetitus festini,fastidiosus,coniugatarū & uirginū corruptur,uersutus,acutus,inordinat9,deceptor,peierabit, ideoq; in ruborem & uerecundiam subito cadet, insensatus, semetipsum fortassis adornare sapiet, impetuosus, turpia committet, & horridus erit. ¶ Qđ si Mercurio Mars assimiletur & cōmēdabilis qualitatis existat,erit natus cōductor, exercituū rector,festini mot9,potēs,amās,sapiēs,laboriosus,cogitator,uersutus,proditor,instabilis,astutus,malorꝝ operꝝ,leuis intellectus,deceptor hypocrita,uersipellis,cōtumax,grādis inqsitor,rixarꝝ amator, eiq; tñ ide

 bene

bene cõtinget,ſuos ſimiles diliget,& eos bene recipiet, generalit̃ q̃q; nocea
bit inimicis,& ſuos iuuabit amicos. Si uero fuerit in p̃dicti cõtrarium, na=
tus erit deſtructor,inobediẽs,ſatuus & deceptor,pœnitens,inordinati mo-
tus,mendax,latro,deum ignorabit,falſo iurabit,uerſutus,homo contrari
etatis,ſapiẽs,hypocrita,manifeſte nequã,blaſphemator,uiarũ abſciſor,pari
etum trãſfoſſor, interſector, p̃cãtator,ꝓditor,nigromãticus,ac homicida.
¶ Cumq; Venus ſola fuerit domina diſpoſitionis animæ,qualitatiſq; lau
dabilis extiterit,erit natus iuſtus & quietus,multarum delitiarum ſenſatꝰ,
homo deliberationis,amans ſaltationes,ualde celotipus,impietates adhor
rebit,amabit magiſteria,& deum multum uerebitur,etiã erit pulchræ for-
mæ,bonæ qualitatis & bonorum ſomniorum amabilis,pius,beneficus,ꝓ
ſperabitur,& generalit̃ ſubſeruiet Veneri.Et ſi eadẽ ſtella in eoꝝ q̃ p̃dixi=
mus cõtrarium fuerit,natus erit piger,ꝓcus,effœminatus,eius etiã qualita
tes mulierum qualitatibus aſſimilabuntur, erit nullius animoſitatis, nul-
liuſq; notitiæ noĩs infirmi,& q leuiter ad lapidẽ pedes ſuos offendet. ¶ At
ſi Mercurius aſſimiletur, & idoneæ qualitatis fuerit , natus amabit magi-
ſteria,& ſciẽtias,doctus erit,& acuti ingenij,uerificator,muſicã amabit, &
omne cõmendabile , erit etiã aptæ q̃litatis animæ, homo delitiarum & ge
tus, alacer ſuos amicos diliget,eritq; bonæ legis intelligẽs,æq̃rũ amator,e
rit boni etiã ingenij & bonæ æſtimatiõis,rectæq; calle ꝓcedet,libẽter addi-
ſcet,à ſemetipſo meliorabitur in diſcẽdo,bonoꝝ ac ꝓborũ mores hoĩm imi
tabitur,iuſtiſq; uiris aſſimilabitur,aptus in loquẽdo,in uerbis alacer , erit
etiã amabilis,temperatæ qualitatis animæ,æquus defenſor,cognitor, ma=
gnanimus,poſtponet mulieres , cũ pueris aget,eritq; zelotypus . ¶ Qđ ſi
in iſtius contrariũ fuerit,natus erit uerſutus, multæ aſtutiæ,maledicus,faci-
ei duplicis,bilinguis,mali cõſilij,deceptor,mendax,perturbator,falſus,im
munda faciet,profunde malus,in cõſiliãdo ꝓditor,nec amabit nec amabi=
tur,decipiet mulieres,& deſtituet pueros,erit homo malorũ operum,cul=
pans & uituperans alios,oĩa quærens facere,ſed qñq; ad bonum nonnũq;
ad malum plurima tempota perpetrabit,& in multis ac diuerſis rebus cul
pabitur. Mercurius autẽ cũ ſolꝰ fuerit diſpoſitionis dominus animæ & qua
litatis idoneæ,erit natus boni intellectus,acuti ingenij,rerũ antiquarum re
lator,eritq; multarum probitatum & experimẽtoꝝ,dialecticus,rerum na
turæ p̃locutor ſcientiarum inueſtigator,beneficus,deliberator bonæ æſti=
mationis,doctus in quadriuio,creditorum occultator,& ualde ꝓſperabi=
tur. Si autẽ in p̃dicti cõtrarium extiterit,erit natus deceptor & uilis,alios er
rare faciet,ſecundum ſuum cõſilium ꝓcedet,leuis , feſtini motus,leuiter cõ
uertetur,ſanus,ignorans,magnæ fallaciæ,mendax,inordinatæ qualitatis,
inſtabilis,,infidelis,inobediens dño,faciet iniuſtitiã,generaliter autẽ mul=
tæ erit fallaciæ.Et cum hæc ita ſint, nobis tantum ſcire cõuenit ꝙ Lunæ qua
litas hæc q̃ p̃diximus, utcunq; iuuabit.Nã cum fuerit in locis anecaſ , finis
ſeptentrionalis & meridiei,uariatiões qualitatũ animæ iuuabit,& eas ſubi
to faciet alterare. Si autẽ in aliq̃ duorum nodoꝝ extiterit acuitates qualita=
tum animæ iuuabit,& ut ipſe feſtinanter operettur efficiet Item cum Luna
fuerit aſcendens aucta lumine ſignificationes augmentabit,& erunt aptio=
res,

res, nec non magis necessariæ. At si minuta lumine uel sub radijs solis extiterit, eas faciet magis esse absconsas, & non ut ita fortiter contingant, operabitur. Iuuat etiam utcunq; in his quæ prædicta sunt, Sol iterum cũ stellis, quæ dispositioni animæ dominantur similis existat. Nam cum eis assimilatur si eius qualitas cõmendatur erũt animæ q̃litates magis directæ & ipse remotior ab obliquo, necnõ potentior & largior atq; fidelior legisq; melioris. Cum autem Sol in prædicti contrarium fuerit, nec stellæ assimiletur, erunt animæ qualitates deteriores, ipseq; miserior ac infimus, maiorisq; laboris, in sui ipsius consilio magis permanebit, stultus erit & grauioris uoluntatis, generaliter etiam ad meliorandum difficilis.

De impedimentis animæ. Cap. XIIII.

QVoniam impedimentorum animæ propriorum elocutiões narrationem proprietatum eiusdem utcũq; sequũtur, in ipsorum noticiã Mercuriales ac Lunares qualitates ad inuicem, & eorum ad angulos atq; infortunatrices stellas nobis generaliter & scire, & obseruare conuenit. Nam cum Luna & Mercurius ad inuicem non colligantur, uel cum qualibet stellarum quarum qualitates impediunt in oriẽtali horizonte, super eos eleuetur, aut eos circumdet, uel in eorum oppositiõe maneãt, multorum impedimenta modorum animæ qualitatibus aduenire significabunt. Hoc quidem ex p̃dictis ꝓprijs qualitatibus stellarum quæ locis assimilantur cognoscere & explanare satis apte poterimus. Nos aũt in his q̃ in demõstrãdo ꝓprietates animæ præmisimus, plurima impedimenta ex impedimentis debilioribus animæ utcunq; iterum explanauimus & fortassis earum augmentationes ac fortitudines ex superabundantia operum stellarum infortunantium deprehendemus. Propterea ꝙ si qs animæ qualitates coerceri nequeunt impedimenta nuncupauerit, siue intendantur, siue remitantur circa qualitatem temperatã, eas bene & propriæ nominabit. Illud autem quod minus super abundat & uelut infirmitas est, & q̃d omnino naturam excedit, ac in parte intellectus animæ fit, & in parte recipiente impressionem sicut dicã dep̃hendetur. Epilentici itaq; sunt frequentius hi in quorũ natiuitatibus Luna & Mercurius, nec ad inuicem uelut p̃diximus, nec cum orientali horizonte colligantur. Et cum hoc etiam in earum diurnis natiuitatibus Saturnus, in nocturnis uero Mars fuerit in angulis, ita ꝙ tamen ipse huic qualitati dominetur. Insani uero sunt hi in quibus hoc erit in eorum contrarium q̃ p̃diximus. i. qualitatis dominus sit in nocte Saturnꝰ, in die uero Mars. Maxime autem cum in Cancro uel in Virgine seu Piscibus fuerit. Demoniaci quidem, & qui nuncupãtur aurostafel. i. in q̊rum capitibus superabundat humiditas, sunt hi in q̊rum natiuitatibus infortunarum qualitas quemadmodum diximus extiterit, & ipse dominatæ fuerint Lunæ, ipsaq; Luna fuerit ascendens sub Solis radijs eiusq; dominus in coniunctione Saturnus extiterit, in præuentione uero Mars, maxime aũt in Sagittario & Piscibus, quod si utræq; tantum infortunæ hac in qualitate uicerint, erunt animæ infirmitates incurabiles, non

erunt tamen feroces & ignorabuntur. Si aũt utræq; fortunæ .i. Iupiter & Venus ei similes extiterit, & utræq; infortunæ in occidentis angulo, fortunæ uero in orientis angulo manserint, licet ferocissimas, curabiles tamen generabunt egritudines. At si Iupiter fuerit ille qui ei assimilabitur, infirmitates medicaminibus curabuntur, siue per dietas siue per antidota. Qđ si Venus ei similis fuerit, ꝓphetijs uel diuino auxilio repellent egritudines. Qđ si in orientali angulo infortunæ & in occidentali fortunæ fuerĩt, erunt egritudines incurabiles ac feroces, minusq; manifestæ, infirmitates epilensiæ semper cũ clamore & timore mortis durabunt. Insani uero sensuq; carẽtes nullatenus retineri poterunt, & suos cõsanguineos impedient atq; turpia dicent, & his similia. demoniaci eorũ etiã infirmitates & humiditatis superabundantiam, quæ capitibus nocet entulsimelsemus, & detecta nimis ac saltus ĩpetuosos in homines faciens eos percutiet, & his similia. Quedã uero locorum in quibus illa qualitas fuerit proprio iuuamine quandoq; iuuabunt. Loca nãq; Solis & Martis proprie iuuant ut sit insania. Loca uero Iouis & Mercurij epilensiæ iuuant infirmitates. Veneris aũt locus per prophetias, & ut occulta dicantur adiuuant. Saturni autẽ lunæq; loca demoniacos & humorum iuuant impedimenta. ¶ Plurimæ igitur species infirmitatum in agente parte animæ cõtingentiũ sunt hæ quas ꝑdiximus, quæ secundũ naturam suã generaliter per huiusmodi qualitates adueniãt. Differentiæ uero quæ proprie in parte recipiente dispositionem accidunt, in augmento ac diminutione rerum naturalium masculinis & fœmininis apparebunt, ad quarum pronosticationem illa uia quæ prædictæ uiæ assimilantur, perueniemus. Postq; Luna Solem quemadmodũ ibi cũ Luna Mercurium posuerimus, & Veneris ac Martis ad ipsos similitudinem obseruauerimus. Post horum igitur explanationem ostendemus, ꝙ si sola luminaria in signis masculinis fuerint, ea q̃ sibi naturalia sunt hoĩes nimis exercebunt. ¶ Mulieres autem quæ sibi contra naturam sunt nimium operabuntur, & quæ sibi naturalia sunt in uires & masculinitatem animæ conuertentur. Item si Mars & Venus uel eorum alter masculinus fuerit, in naturalibus rebus Veneris ualde conuersabuntur homines & nimis circa uitium illud solicitabuntur. Ex rebus etiam coitus turpia quæ cõtra legem fuerint, festinanter facere desiderabunt. Mulieres autem innaturales actus cupidinis plus equo perpetrabunt, & erunt thahaherat, eo ꝙ ad inuicem in agendo commiscebuntur. Si Venus autem sola masculina fuerit id quod inde perpetrabunt erit occultum & ignorabitur. Sed si Mars masculinus extiterit, ita erit illud manifestum quod quandoq; mulieres q̃ cum eis conuersabũtur quasi sibi proprias uxores fore demonstrabunt. ¶ Qđ si eædem stellæ in prædicti cõtrarium fuerint .i. ut sola luminaria cum prædictis qualitatibus in signis fœmininis extiterĩt, mulieres ea quæ sibi naturalia sunt operabuntur. ¶ Viri autem ea quæ sibi sunt contra naturam cõmittent & cum mollitie ac fœminitate anima naturalia transgredientur. ¶ Item si sola Venus fœminina fuerit, illegitimos actus Veneris mulieres nimis adimplebunt, frequentius tamen ad naturalia declinabũt & cum quolibet, adeo ꝙ nulli coitum denegabunt, seu de formis seu con-

tra legem fuerit, homines autem erunt effeminati ac molles, & ad inaturales actus Veneris procliuiores, neminem etiam ab illicito coitu prohibebunt, præter q occulte illud perpetrabunt. ¶ Item si Mars fœmininus extiterit, istorum duorum utrūq. i. fornicationem & turpitudinem, actusq illicitos detectos & absq frontis rubore facient, ita q præ nimia detectione blasphemabuntur & uituperabuntur. Orientales autem & matutinales qualitates Veneris & Martis in masculinitate detectionem adiuuāt. Eorum autem uespertinalis & occidentalis qualitas in fœminitate iuuat occultationem. Similiter etiam si Saturnus cum eis fuerit, horriditates & putredines ac coinquinationes, magnam'q uerecundiam eos incurrere iuuabit, eo q ipsius natura unumquodq istorum de more iuuat. At si Iupitē cum eis fuerit rerum pulchritudinem atq decorem aptam'q uerecundiā augmentabit. Etsi cum eis Mercurius fuerit rerum detectionē & futurorū festinationē suarū'q specierū multitudinē & augmētum addiuuabit.

LIBER QVARTVS.

RERVM igitur in qbus ea quæ ante partū sunt & quæ in ipsius hora partus cōtingunt, necnō & omnia q̄ post partū sunt obseruari possunt, id qd' ei proprium ac naturale est, & quo tonū eius esse naturaliter ,pbatur, quoniā maxime demōstrauimus. Eorum uero quæ ei extrinsecus accidūt, illorū scilicet quorū enarratio oportunæ pmissa subsequitur. Primū est in substantia & ualitudine nati prosperitatem iudicare, & ipsius in substātia prosperitatē collectim cū rebus corpori pertinētibus enarrare, nec non eiusdē in ualitudie ,psperitatē simul cū rebus ad aiam ptinētibus enodare.

De prosperitate nati & substantia. Cap. I.

QValiter rerum substātiæ qualitas adueniat, ut a sola parte fortunæ nontiā deprehēdām9 oportet, quā id qd' est inter Solē & Lunā obseruādo & ab ascēdēte in diurnis ac nocturnis natiuitatibus ,ppter ratiōes quas in elocutiōe uitæ mōstrauimus ,pijciēdo semper addiscemus. Huius aūt obseruatiōis uia est uelut subiūgitur. Stellas igitur quæ ipsius signi dispositiōi dominātur, obseruabimus. Et quæ sit earū fortitudo atq similitudo, sicut pdiximus, cōsiderabimus. Item stellas q̄ eis associantur in figura uel quæ super eas eleuātur, siue sint ex earū hair, siue ex hair cōtraria, similiter obseruabimus. nā cum pdictæ partis dispositores, fortes extiterint erit natus multarum diuitiarū. Maxime aūt si testimonio similitudinis eis testificenē luminaria, præter q Saturnus nati diuitias ex edificationibus, uel ex terrarū cultibus, aut ex nauigationibus ,puenire significabit. Iupitē uero designabit, q eius diuitiæ ex cōmendationibus, uel ex baiula, aut ex qualibet ,pbitate congregabuntur. Mars aūt significabit illius diuitias ex exercituum dominio, regimineq ,puenire. Venus ex amicorū donationibus, uel ex mulieribus eas coadunari denunciabit. Mercurius quidem ex mercationis

mercationis industria diuitias affluere significabit. Quod si Saturnus proprie parti substantiæ assimiletur, & Ioui in figura associetur, significabit hereditates quas hereditabit. Maxime autē cum in altis angulis fuerit uel si in signo cōmuni Iupiter extiterit, aut cū Luna iterū ictusal habuerit, tunc enim significabit q̄ natus lucrabitur, & extraneorū hereditatē hereditabit. Stellæ quidem quæ fuerint ex hais stellarum dispositionem habētium cū eis testificātur, nati possessionem apud eū remanere & saluari designabunt. At si stellæ quæ ex hais contraria fuerit super loca auctoritatis eleuenē uel ad ipsa sub sequētes eā, amissionē substātiæ demōstrabūt. Vniuersale uero tempus in quo istud eueniet ex stellarū quæ futuri sunt occasio aspectibus ad angulos uel ad loca ad angulos ascendentia deprehendetur.

De prosperitate & in ualitudine nati. Cap. II.

Hoc q̄q̄ cap. transtulit Ioachimus.

Res autē ualitudinis & eiusdem in ualitudine prosperitates ex luminarium ac ex stellarum ea circūdantium qualitatibus, & ut eorum itidem similitudinē cum hoc attendimus & obseruare necesse est. Cum enim utraq; luminaria in signis masculinis fuerint, & utrūq; uel eorum alterū in angulis extiterit. Maxime autē illud qd' dominus hais fuerit & .5. stellæ erraticæ ea circundederint, circundantesq; Solem matutinales & Lunam ambientes uespertinales extiterint, ipsum natum regem fore nō dubitabimus. Sed si stellæ quæ ea circundāt in angulis item extiterint aut cū angulis supra terrā existētibus in figura societatem habuerit, erit natus magnæ ualitudinis atq; potentissimus & rex mūdi, eius etiam fortuna. cū stellæ circūdantes dextræ fuerit & angulis super terrā existētibus fuerint associatæ, augmētabitur. Cum autē cæterarum stellarū qualitates uelut hæc qualitas fuerit, solusq; Sol in signo masculino rotauerit, Luna uero in fœminino, & eorum alter in angulis fuerit, natus erit homo solius regiminis & interfector. Quod si cum hæc circumdantes stellæ, in angulis nō appareant, nec eis testificentur, erit natus magni nominis tantū, & eius ualitudo, uelut illius q uni pti dominabitur apparebit, seu uelut dominiū baiuli. seu dominium exercitus, & non ut dominium alcaidis, q toti regno disponit. At si non luminaria, sed quam plures illarum stellarū circumdatricū in angulis extiterint, uel cum eis in figura societatē habuerint, non erit tantæ ualetudinis, nec etiam magni nominis & ignorabitur. In disponendo tamen ciuitatibus præualebit, & in rebus dispositionis uitæ mediocris erit. Si autē stellæ quæ luminaria circumdederit nullam cum angulis similitudinem habuerint, natus in suis operibus miser, & infœlix apparebit. Quod si luminaria nec in angulis nec in signis masculinis extiterint, nec ea stellæ fortunæ circūdederint, erit in extremo miseriæ & improsperitatis. Via igitur qua in harum rerum inuestigatione est incedendum, est hæc quam in augmento ualitudinis, ac diminutione monstrauimus. Quam plures autem qualitates, quæ sunt inter augmentum & diminutionem per ea quæ in illa specie particularis alterationis inuenta sunt, quam habēt luminaria & stellæ quæ ea circumdederit, & quæ circumdantibus disposuerint nos ob

seruare

seruare debemus. Nam cū dispositrices dñæ haic, uel fortunæ fuerint, natus in ualetudine magis durabit. Si aūt cōtrariæ haic dñentur, aut sint infortunæ, eius ualitudo debilis apparebit & leu iter trāsibit. Res uero futuræ ualitudinis ex pprijs stellarꝝ qualitatibꝰ q̄ luminaria circūdāt sunt obseruādæ. Cū huius etem rei dispositor Saturnus fuerit, fortitudo ualitudinis in multitudine substātiæ, & in cōgregatiōe pecuniæ permanebit. Sed si Iupiter uel Venus extiterit, erit eius fortitudo in iocūditatibus & dominatiōibus atqꝫ honorificētia & magnanimitate. Qđ si Mars fuerit, erit in dominio expeditionum, & in uictorijs, ac in suorum subditorum timore, & si Mercurius fuerit, erit in intellectu & disciplina ac rerum dispositione.

De magisterio nati, & eius opere. Cap. III.

Opus qppe nati eiusqꝫ magisteriū duobus moids p Solē. s. cœlíqꝫ medij signū dignoscit. Nā stella q̄ de sub radijs Solis egressa mane modicū apparuerit, & q̄ in cœli medio fuerit. Propriæ aūt sicut Luna ictisal habuerit nobis obseruare necesse est, qꝫ si hæc duo q̄ p̄dicta sunt in uno tm̄ planetarū inuenerimꝰ, eū solū in his obseruabimus, Si aūt alterꝝ eorꝫ uni planetæ, alterꝫ uero nulli cōtingat, eū cui tm̄ alterꝫ cōtinget, obseruādū fore sancimus. At si idē planeta q de sub radijs Solis egressus mane modicū appuerit, & in cœli medio fuerit, & alijs p̄ter ipsum Lunā aspexerit erit uterqꝫ cōsiderandus. Illū aūt q secūdū multitudinē numerorꝫ autoritatū ꝓpriæ dispositiōis uelut p̄missum est, alteri p̄ualebit, p̄mittemus. Si quē aūt planetarum de sub Solis radijs egressum mane modicū apparere uel in cœli medio moueri nō inuenerimus, mediū cœli dñm accipiemꝰ, p̄ter qꝫ in tardis opibus hoc euenire manifestum est, cuiuscunqꝫ etenim huiusmodi q̄litas fuerit, ociosus in maiori p̄te p̄manebit. Hæc uia est igit̄ q̄ ad cognitionē qualitatū stellarꝫ quarꝫ est opis ac magisterij dispositio, necnō earꝫ q̄ ociū significāt p̄uenimus. ¶ Qualitas aūt opis & magisterij nō nisi ex triū stellarꝫ ꝓprietatibus q̄ sunt Mars & Venus & Mercurius, necnō ex signorꝫ in qbꝰ fuerint q̄litatibus dep̄hēdētur. Nā si Mercurius autor opis & magisterij fuerit, natꝰ erit baratator & cōputator atqꝫ doctor, mercator etiā ac numulator, rerꝫ cognitor & imolator, per stellarꝫ q̄qꝫ uires iudicabit & generalit̄ in librorꝫ lectiōibꝰ ac eorꝫ expositiōibꝰ uersabit̄, dabit etiā, & accipiet, qꝫ si Saturnꝰ ei testificet̄ erit alienarꝫ rerꝫ dispositor, & somniorꝫ inf̄pres, uel i domibus dei occasiōe alicuius noticiæ seu diuinatiōisq̄ in eo erit cōmorabit̄. sed si Iupit̄ ei testificet̄, erit natus autor legis & sapiens, cū ꝓbis etiā hominibus cōuersabit̄, qꝫ si autoritas operis & magisterij fuerit Veneris ex odore florꝫ & specierꝫ, seu ex uino uel tinctiōe, aut pigmētis, uel ex his q̄ ad ornatū pertinēt, se intromittet, uelut mercati species, & medicamina ac florꝫ uariationes adornare, & cauponare seu texere, uel pigmēta mercari, aut pingere, & colores uariare uel seritexere. Et si Saturnus ei testificet, erit eius mercatio in superfluitatibꝰ & mollitijs, eritqꝫ deceptor atqꝫ nigromāticꝰ, & his similia. Sed si ei testificet Iupiter, erit luctator, & coronarū cōpositor, erit etiā aptus diuitijs, & eius affluent diuitiæ mulierū occasiōe. At si Mars soli in figura

ee associe

